

Notes du mont Royal



www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur «*Notes du mont Royal*» dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES
Americana

Stichibus fractis affixis monogrammatis - N^o 171

Luciani dialogi

ALIQUOT PER D. ERA-
SMU versi, ac à Nicolao Buscoducēsi,
succinctis pariter & eruditis scholiis
explanati. Accesserunt & his aliquot
alii Luciani dialogi mirè festiui, eodē
Erasmo Roterodamo interprete.



TERTIA EDITIO AB
authore recognita.

P A R I S I I S.
Ex officina Roberti Stephani.
M. D. XXXVI.



HIERONYMO BUSLIDIANO PRAEPOSITO
 ARIENSI CONSILIARIO REGIO ERAS-
 MVS ROTERODAMVS S. P. D.

V M O R iampridem h̄ic perseverat acerbior
 R. quam ut verum esse libeat credere, sed constan-
 tior tamen, quam ut vanus credi possit, PHIL-
 LIPPVM principem nostrum ē viuis excessiss. Quid
 querar mi Buslidiane, quid vociferer, quem incusem ho-
 minum, Deūmve? Quæ cōploratio tam Tragica, quæ
 huic tam atroci vulneri sufficiat? Nimio, heu nimio con-
 stitistis Hispaniæ, quæ quidem primum Frāciscum Bus-
 lidianum Archiepiscopum Bizōtinum nobis ademistis:
 neque tanti viri iactura contentæ, principem etiam eum
 absorbuitis, quo (si viuere modo licuisset) nihil vñquā
 habuit hic orbis neque maius neque melius. Quāquam
 quid, quæso, supererat etiam adolescenti, nisi vti iam ip-
 se sese superaret? Sed ò dirum fortunæ ludum, ò nouam
 fatorum inuidentiam, ò mors quam iniqua, tam etiam
 inuida, vt semper præstantissima quæque quam ocyssi-
 me tollis ē medio, vixque oculis ostensa protinus sub-
 ducis. Cuius ego vicem hic potissimum deplorem: MA-
 XIMI LANI ne patris, qui tali sit orbatus filio, quem
 vnum multis etiam imperiis anteponebat ē an libero-
 rum magis, quibus ætate tam immatura, tam pius sic
 eruptus pater? An patriæ potius, cui de charissimo prin-
 cipe tam serum gaudium, tam præproperus contigerit
 luctus? An orbis demum vniuersi, cui tam singulare lu-
 men sit ademptum, idque tam ante diem? Hoc nimirum
 hoc tempestas illa fatalis, qua medio ē cursu in Britan-
 niam depulsus est, portendebat, videlicet fatis illum pa-
 lam ab Hispania reiicientibus. Evidem Panægyrico
 qualicunque laudaui iuuenem. Tum autem bone deus,
 quot mihi Panægyricos, quam copiosos pollicebar? Et
 en repente commutatis rebus, epitaphium paro mi-
 ser:camus nunc nos homunculi, & fortunulis nostris

fidamus, quum eos etiam pro sua libidine mox rapiat,
 quos quamdiutissime vivere tantopere omnium refert.
 Sed quid ego mi Hieronyme, dum meo indulgeo do-
 lori, tuum exulceror? Quod reliquum est, precor ut superi
 propitiū liberis paternam quidem fœlicitatē, sed cū dīti
 F R E D E R I C I viuacitate copulatā, largiantur. Tibi itē
 in moderandis illis fraternos successus: sed vitam frater-
 na diurniorem. Literis his(ne ad tantum, tamque do-
 dum amicū nullo literario munusculo comitatæ veni-
 rent) dialogos aliquot Luciani, comites addidi: quos pau-
 culis his diebus, dum obsidionis metu Florentiam profu-
 geremus, Latinos feci: hoc nimirum agens, ne nihil age-
 rem. Nam in præsentia quidem in Italia mirè friget stu-
 dia, feruent bella. Summus Pōtifex Iulius belligeratur,
 vincit, triumphat, planēque Iulum agit. Vale, & am-
 plissimo patri Nicolao Ruterio episcopo Atrebatis etiā
 atque etiam Erasmum commendato. Bononiæ x v. Ca-
 lendas Decembres. M. D. V I.

Cnemonis ac

DAMIPPI DIALOGVS.

CNE.

O C I L L V D E S T Q V O D
H vulgo dici consuevit, Hinnulus leo-
nem. D. Quid istuc est quod tecum
stomachare Cnemon? C. Quid stomacher ro-
gas? Evidem hæredem reliqui quendam præ-
ter animi sententiā, videlicet astu delusus miser,
īs, quos maximē mea cupiebam habere, præ-
teritis. D. Sed istuc quinā euenit? C. Her-
molaum nobilem illum diuitem, quum or-
bus esset, imminente morte captabam, assidens
atque inseruiens. Neque ille grauatim offi-
cium meū admittebat. At interim illud quo-
que mihi visum est scitum consultūmque, ut
testamentum proferrem ac publicarem, quo il-
lum rerum mearum in solidum hæredem in-
stitueram, nimicum ut ille vicissim idem fa-
ceret, meo prouocatus exemplo. D. At quid
tandem ille? C. Quid ille suo in testamento
scripsiterit, id quidem ignoro. Cæterum ego re-
pentē atque insperato ē vita decessi, tecti rui-
na oppressus. Et nunc Hermolaus mea possi-
det, lupi cuiuspiam in more, ipso hamo cum

a.iii.

esca pariter auulso. D. Imò non escam ~~modo~~
do cum hamo, quinetiam te quoque pescatore
simul abstulit. Itaque technam istam in tuum
ipsius caput struxeras. C. Sic apparet, idque
adeo deploro.

Hinnulus
leconem.

H I N N U L V S L E O N E M, subaudi cepit, vicit, pro-
uocat, aut simile aliquid. Hoc adagio pulchre vtimur,
quum fortiorē superari à debiliōrē, aut indōctum cer-
tare cū doctissimo significare voluerimus, vt in proverb.
Chiliade 1. docet D. Eratīnus, Græcē Latinēque iuxta
doctiss. Est autem hinnulus, teste Valla, cœruorum, ca-
preolorum, damarum, leporum, similiūmque animalium

Rogas.

filius. R O G A S, id est interrogas, nam rogare pro in-
terrogare vſitatum est. Inde rogatio, & rogatiuncula, in-

Præter.

P R A E T E R . A N I M I S E N T E N-

Sententia.

T I A M, id est contra voluntatem & desyderium, nam
præter interdum pro contra capitur: & sententia volun-
tatem, animisque arbitrium aliquando significat: & idem
est, ex animi sententia, & ex sententia, fine genitivo ani-
mi.

Astu.

A S T U , id est astutia & calliditate. Terentius in Eu-
nucho, Quod si astu rem tractauit. I N S E R V I E N S,

Inseruire.

id est obsequens, & quasi seruientis officium præstans.

Seruire.

Nam seruire propriè est seruorum: inseruire, amicorū.

Scitus.

S C I T V M, id est vafrum & egregie bellum. C O N-

Consultus.

C O N S U L T V M Q V E, id est sapientiæ plenum. I N S O L I-

In solidum

D V M, integre, & omniū bonorum meorū hæredē. H A

Hamus.

M V S, instrumētum quo pisces capiūtur vñco in esca la-

Hamiotæ.

tente: à quo pescatores hamiotæ nominantur. I T A -

Techna.

Q V E T E C H N A M I S T A M, &c. Adagium est quo

vtendum erit, quum dolq; in alterum excogitatus, in cap-
put authoris redit. Et τιχνη dicitur à nostris ars seu fal-
lacia. Terentius, Parmenonis tam scio esse hāc technā,
quam me vivere. I N T V V M C A P V T, id est in or-
tum & tuam ipsius periculū reperisti.

Zenophantæ & Callidemidæ dialogus.

Z E N.

Tu Callidemides, quo pacto inter-
 A isti? Nam ipse quemadmodum Di-
 uiæ parasitus quum essem, immodi-
 ca ingurgitatione præfocatus fuerim, nosti:
 aderas enim morienti. C. Aderam Zeno-
 phantes. Porro mihi nouum quiddam atque
 inopinatum accidit. Nam tibi quoque notus
 est Ptœodorus ille senex. z. Orbum illum di-
 cis, ac diuitem, apud quem te assidue versari
 conspiciebam? C. Illum ipsum semper ca-
 ptabam, colebamque: id mihi pollicens fore,
 ut meo bono quam primum moreretur. Ve-
 rum quum ea res in longum proferretur, sene-
 videlicet vel ultra Tithonios annos viuente:
 compendiariam quandam excogitavi viam,
 qua ad hæreditatem peruenirem. Siquidem
 empto veneno, pocillatori persuaseram, ut si-
 mul atque Ptœodorus potum posceret (bibe-
 bat autem prolixius) præsentius in calicem in-
 iiceret, haberetque in promptu, porrecturus
 illi. Quod si fecisset, iurejurando confirma-
 bam me illum manumissurum. z. Quid igi-
 tur accidit? nam inopinatum quiddam nar-
 taturus mihi vidēris. C. Vbi iam loti venisse-
 mus, puer duobus paratis poculis, altero Ptœ-
 odoro, cui venenum erat additum, altero mi-
 a.iii.

hi: nescio quo modo errans mihi venerabam.
 Ptoeodoro porrexit innoxium. Mox ille quidē babit: at ego protinus humi porrectim stratus sum, supposititum videlicet illius loco funus. Quid hoc? Rides Zenophanta? Atqui non conuenit amici malis illudere. z. Rideo profectò: nam eleganter ac lepidè tibi hæc res euénit. Porrò senex ille quid interim? C. Primùm ad casum subitum atque inexpectatum sanè conturbatus est. Deinde simul atque intellexit id quod acciderat, puta pocillatoris errore factum, risit & ipse. z. Recte sané. Tametsi non oportuit ad compendium illud diuertere: siquidem venisset tibi populari vulgataque via tutius certiusque, etiam si paucò serius.

At.

Parasitus.

Orbus.

Tithonus.

Tithonii anni.

A T, incœptiua est particula ad ornatum pertinens. Naso in Tristib. ita exors⁹ est epistolā. At mea sunt propriis quāuis mœstissima casu Pectora, pro sensu facta serena tuo. P A R A S I T U S dicitur qui aliorum mensas sequuntur, homo cibo ventrīque deditus, cuius gratia nihil nō patitur & facit. O R B U S dicitur quicunque re aliqua chara priuatus est, & propriè parens amissis liberis: filius etiam priuatus parētibus, orbus dicitur. C A P T A B A M I P S V M, id est blanditiis eius hæreditatē venabar & appetebā. T I T H O N U S, Laomedontis filius, & Priami frater ab Aurora dilectus, & raptus fuit, ex qua fision Memnonē genuit. Cūmq; longissimā optasset vitam, & obtinuisset, postea in cicadam versus est. Inde T I T H O N I O S annos pro longa viuacitate pulchre usurpamus.

C O M P E N D I A R I A M . V I A M , id est brevē & ex- Cōpendia-
peditam. Cicero in secundo Offic. Socrates hāc viam ad rius.
gloriant proximam, & quasi compēdiariam esse dicebat.
Compendium, breuitas, seu brevis via. P O C I L L A - Pocillator.
T O R , vocabulo perquam eleganti dicitur poculorū mi-
nistrator sine pincerna. P R A E S E N S V E N E N V M , Præsens ve
potēs, efficax, quod statim operatur. I N P R O M P T V . nenum.
Promptu tātum in ablatiuo legitur. Habere in prōptu, Promptu.
est habere paratum. sed promptus, a, um, idē est quod ad
agendū paratus. M A N V M I T T E R E , est seruo liber- Manumit-
tatem donare. dominus enim dū seruū manumitteret, tere.
capiti eius manū imponebat, ipsūmque vertebat dicēs,
Esto liber. Persus, Heu steriles veri, quibus vna Q uirite
Vestigo facit. P O R R E C T I M aduerbiū, Tant esfendu. Porrectim.

Menippi & Tantali dialogus. M.E.

V I D eiulas ô Tantale, aut quid tuam
Q. deploras fortunā, stagno imminens?
T. Quoniam siti enecor Menippe.
M. Vsqueadec̄ piger es atque iners, vti non vel
pronus incumbens bibere noris, vel caua vo-
la hauriens? T. Nihil profecero si procum-
bam: refugit enim aqua simulatque me pro-
pius admoueri senserit. Quòd siquando hau-
sero, orique coner applicare, prius effluxit
quām summa rigem labia. Atque inter digi-
tos effluens aqua, haud scio quo modo rur-
sus manum meam aridam relinquit. M. Pro-
digiosum quiddam de te narras Tantale. Ve-
rum dic mihi istuc ipsum, quorsum opus est
bibere, quum corpore careas? Nam illud

quod esurire poterat, aut sitire, in Lydiā pultum est. Cæterum tu quum sis animus, quinam posthac aut sitire queas, aut bibere? T. Atqui hoc ipsum supplicii genus est, vt anima, perinde quasi corpus sit, ita sitiatur. M. Age: hoc ita habere credamus, quandoquidem affirmas te siti puniri. At quid hinc acerbū tibi poterit accidere? Num metuis ne potus inopia moriare? At equidem haud video alteros inferos, si quis hos relinquat, neque locum alium in quem morte demigret quispiam. T. Recte tu quidem dicis: verum hoc ipsum supplicii genus est, sitire quum nihil sit opus. M. Desipis Tantale, & vti verum tibi fatear, nō alio potu videris egere, quam veratro me-ro. Nam diuersum quiddam pateris, iis quos canes rabiosi momorderint, vt qui non aquā, quemadmodum illi, sed sitim horreas. T. Ne veratrum quidem recusarim bibere Menippe, si liceat modo. M. Bono es animo Tantale, certum habens, nunquam fore, vt vel tu, vel reliquorum manum quispiam bibat: neque enim fieri potest. Quanquam non omnibus quemadmodū tibi, poena adiudicata est vt sint, aqua illos non expectante.

Tantalus.

T A N T A L U S, Iouis ex Plote nympha filius, & rex Phrygū fuit, qui diis Pelopen filiū epulādum apposuit. ob quod facinusān infernum à Ioue detrusus, hac pec-

na afficitur, ut cum sit usque ad mentem in lymphidissima aqua demersus, & supra nasum arbor redolentibus pomis dependeat: siti tamē & fame crucietur. Ouidius in Ibin,
Poma pater Pelopis præsentia quærit, & idem

Semper eget liquidis, semper abundat aquis. P R O - Pronus.
N v s, flexus in faciem. V O L A, media pars manus vel Vola.
pedis concava. S I M V L A T Q V E, vel simulac, id est Simulatq;.
statim, tum, postquam. L Y D I A, regio est minoris Asie, Lydia.
Phrygia ab exortu vicina. V E R A T R U M, herba est Veratrum.
quæ alio nomine dicitur elleborus: eiusque genera sunt Elleborum
duo, album & nigrum, & Plinio teste utrumque cum ad
alia multa, tum ad melancholiæ remedium est efficax.
Vnde proverbiò qui parum animo constat siue insanit,
elleboro opus habere dicitur: & elleborus bibere siue elle-
boro se purgare iubetur. D I V E R S U M Q V I D D A M,
&c. de hoc Plinius libro II. cap. 25, Insanabilis ad hosce
annos fuit rabidi canis morsus, patore aquæ potusque
omnis afferens odiū. M A N E S dicuntur animæ mor- Manes.
tiorum, & dii inferi.

Menippi ac Mercurii dialogus. M E N.

A T vbinam formosi illi sunt, ac for-
mosæ Mercuri? Ducito me, docetó-
que, utpote recens huc profectum
hospitem. M E R . Haud mihi licet per otium
Menippe, quin tu isthuc ipso ē loco dextror-
sum oculos deflecte. Illic & Hyacinthus est
& Narcissus ille, & Nireus, & Achilles, & Ty-
ro, & Helena, & Læda: breuiter quicquid est
veterum formarum. M E N . Evidem præ-
ter ossa nihil video caluariásq; carnibus renu-
datas, inter quæ omnia nihil sit omnino dis-

criminis. M E R. Atqui hæc sunt quæ posse
 cuncti mirantur ac celebrant, ossa scilicet quæ
 tu vidēris contemnere. M E N. At Helenam
 saltem mihi commonstra. Nam ipse quidem
 haud queam dignoscere. M E R. Hæc videli-
 cet caluaria Helena est. M E N. Et huius sci-
 licet ossis gratia; mille naues ex vniuersa Græ-
 cia, acto delectu, sunt impletæ, tantaque tum
 Græcorum, tum barbarorum multitudo con-
 flixit, tot vrbes sunt euersæ? M E R. Cæteru
 Menippe non vidisti mulierem hanc viuam:
 quod si fecisses, forsan dices tu quoque vi-
 tio dandum non esse,
 Pro tali muliere diu tolerare labores. Alioqui
 si quis flores etiā arefactos marcidosque con-
 templetur, posteaquam coloris decus abiece-
 rint, deformes nimirum videantur. At iidem,
 donec florent, colorēmque obtinent, sunt spe-
 ciosissimi. M E N. Proinde illud iam demiror
 Mercuri, si Græci non intellexerunt, sese pro
 re vsque adeò momentanea, quæque tam faci-
 le emarcesceret, elaborare. M E R. Haud mi-
 hi vacat tecum philosophari: quare delecto lo-
 co, vbi cūque velis, prosterne temet, ac recum-
 be: mihi iam aliæ sunt traducendæ umbræ.

Recens.
 Hyacin-
 thus.

R E C E N S, id est receter, nomē pro aduerbio. Virgil.
 Sole recens orto. HYACINTHVS puer fuit formo-
 sissimus ab Apolline adamatus, quem cū ille imprædens

disco necasset, in florem rubrum vertit, qui etiam vocatur hyacinthus. **N A R C I S S U S**, Cephisi fluminis ex Narcissus. Lyriope nymphæ filius fuit, admodum formosus: qui cum à multis nymphis amaretur, & omnes superbè cōtemneret, tandem cum se in fonte conspicatus esset, sua ipsius forma captus contabuit, & in florem purpureum mutatus est. **A C H I L L E S**, Pelei & Thetidis nymphæ Achilles. filius, robore & forma præter cæteros Græcos insignis.

T Y R a formosissima fuit nymphæ, Salmonei filia, ab Tyro. Enipeo Thessaliz fluvio adamata, & à Neptuno cōpresā, peperit Peliam & Neleū, teste Homero II. Odyssæ, & Luciano in dialogo deorū. **L A E D A** fuit Tyndari Læda. regis coniunx, cum qua Iuppiter in forma cygni cōcubuit, & illa duo oua protulit, ex quorum uno nati sunt Pollux & Helena, ex altero Castor & Clytemnestra.

C A L V A R I A, caput mortui carne nudatum. **D E**- Caluaria. **L I G E R E** est magis idoneum ad rem agendā secernere: Deligere. sed eligere refertur vel ad nostrum commodum, vel ilius qui eligitur, dignitatem. & dicimus ago delectum, & habeo delectū. **A L I O Q U I** sine n litera scribēdum Alioqui. esse præcipit Caper Grammaticus diligentissimus, & significat interdum præterea.

Menippi, Amphilochi, Trophonii
disceptatio. M E N.

O S nimirum Trophoni atque Am-
V philoche quum sitis mortui, tamen
haud scio, quonam modo phanis estis
donati, vatésque credimini, ac stulti morta-
les deos esse vos arbitrātur. **T.** Quid? an no-
bis igitur imputandum si per inscitiam illi de
mortuis huiusmodi opinantur? **M.** Atqui
non ista fuissent opinati, ni vos tum quū vi-
ueretis, eiusmodi quædam portenta ostentas-

setis, tanquam futurorū fuissestis præscit, q[uod] sique prædicere potuissetis, si qui percontarentur. T. Menippe nouerit Amphilochus hic ipsi pro sese respondendum esse. Cæterum ego heros sum, vaticinorque siquis ad me descendenterit. At tu videre nunquam omnino Lebadiam adiisse: neque enim alioqui ista non crederes. M. Quid ais? Evidem nisi Lebadiam fuissest profectus, ac linteis amictus offam ridiculē manu gestans, per angustum aditum in specum irrepsissem, nequaquā fieri potuisset, vt te defunctum esse cognoscerem perinde atque nos, solaque præstigiatura reliquos antecellere. Sed age per ipsam diuinandi artem quid tandem est heros? neque enim intelligo. T. Est quiddam partim ex homine, partim ex deo compositum. M. Nempe, quod neque sit homo (quemadmodum audio) neque deus: verum pariter utrumque. Ergo dimidia illa tui ac diuinā pars quo nunc recessit? T. Reddit oracula Menippe in Bœotia. M. Haud intellico quid dicas Trophoni, nisi quod illud plane video, te totum esse mortuum.

Fanum.

F A N V M templū dicitur, siue à Fauno, qui, teste Probo, primus conditor fuit. siue à farido: quia dum pontifex maximus templū dedicabat, certa verba fabatur.

Lebadia.
Tropho-

L E B A D I A, oppidum est antiquum in terra Bœotia; teste Gellio libro 12. cap. 5. Fuit autem in Lebadia annū antrū. trum Trophoniū, ita ab artifice cognominatum: quod

complures oraculi causa subire consueverant, sacra stola amicti: placentasque, quas lemuribus & serpentibus occurrentibus obiiccerent, gestantes. Proverbialiter de homine vehementer tristi dicitur, In Trophonii antro vaticinatus est: quia olim creditum est eum qui in Trophonii specum descendisset, postea nunquam ridere: ut eleganter D. Erasmus literatorum phoenix in Chiliade prima docet. O F F A appellatur omnis res, quae in tumorem crescit: unde frusta carnis, offas vocamus. Festus Pomp. offam porcinam cum cauda, offam penitam dicebat. P R A E S T I G I A T V R A, ars decipiendi & eludendi oculos per incantationem & agilitatem celeritate aut tura. alio quoquis modo. O R A C U L U M, respōsum. B O E - Oraculū. OTIA, regio est Europæ iuxta Atticā: in ea Thebæ civitas fuit non cedens Achenis claritate.

Offa.]

Charōtis, Menippi ac Mercurii dialog. C H A.

E D D E naulū scelestē. M E N. Vociferare, siquidem isthuc tibi voluptati est Charon. C. Redde inquā quod pro traiectione debes. M E N. Haudquam auferre queas ab eo qui non habeat. C. An est quisquā qui ne obolum quidem habeat? M E N. Sítne aliis quispiam præterea, equidem ignoro: ipse certe non habeo. C. Atqui præfocabo te per Ditem impurissime, ni reddas. M E N. At ego illiso baculo tibi comminuam caput. C. Num ergo te tam longo traiectu gratis transuexero? M E N. Mercurius meo nomine tibi reddat, vt qui me tibi tradiderit? M E R. Belle mecum agatur

per Iouem, si quidem futurum est vt etiā ~~de-~~
 functorum nomine persoluam. C. Haud
 mittam te. M E N. Quin igitur vel huius gra-
 tia perge, vt facis, nauim trahere: quāquā quod
 non habeo quinā auferas? C. At tu nesciebas
 quid tibi fuerit apportandum? M E N. Scie-
 bam quidē, verūm nō erat. Quid igitur? num
 ea gratia erat mihi semper in vita manendum?
 C. Solus ergo gloriaberis te gratis fuisse trans-
 uectū? M E N. Haud gratis, ô præclare: si qui-
 dem & sentinam exhausi, & remum arripui, &
 vectorum omnium vnum nō ciulaui. C. Ista
 nihil ad naulum, obolum reddas oportet: ne-
 que enim fas est securus fieri. M E N. Proinde
 tu me rursum in vitam reuehe. C. Belle di-
 cis, nimirum vt verbera etiam ab AEaco mihi
 lucrificiā. M E N. Ergo molestus ne sis. C.
 Ostende quid habeas in pera. M E R. Lupinū
 si velis, & Hecatæ coenā. C. Vnde nobis hūc
 canem adduxisti Mercuri? tum qualia garrie-
 bat inter nauigandum, vectores omnes irridēs
 ac dicteriis incessens, vñusque cantillans, illis
 plorātibus? M E R. An ignoras Charō quem
 virum transuerteris? plane liberum, cuique ni-
 hil omnino curæ sit. hic est Menippus. C. At-
 qui si vñquam posthac te recepero. M E N.
 Si receperis, ô præclare, ne possis quidem ite-
 rum recipere.

Pluralia fœminina sunt, nūgæ.

I.

In i, neutra sunt: vt hoc Gummi, sinápi.
Hic obliqui, omniū generū nominibꝫ adponuntur:
Frugi frugi vir, datiuus à frux.

Nasciō nasci homo.
Nihili nihili homo.

Mancipi, genitiuus est nominis mācipium. In de mancipijs, & per contractionem mancipi: dūo enim ij coeunt in vnū. Et dicitur res mācipi, quasi dicas res dominij: significat enim rē propriam, & iure mancipatam. Ideo Lucretius eleganter dixit, Vitāque mancipio nulli datur, omnibus vſu. significat enim vitam non esse proprię nostrā, aut in potestate nostra.

O.

In o, masculina sunt: vt hic Sermo, ardelio.

Excipe, quæ do aut go finiūt, quæ fœminina sunt:
vt hæc dulcedo, casigo, ferrugo.

Ordo, masculinum est.
Cardo, masculinum apud Virgilium, Haud tanto cessabit cardine rerum.

Pondo neutrum, & singulare & plurale, significat libram:

In iocerbatia fœminina sunt: vt Legio, lectio.
Caro, talio, fœminina.

.V.

In u, neutra sunt: vt hoc cornu.

C.

In c, neutra sunt: vt hoc lac, hoc Halec.

b.j.

Sed hæc etiā fœminino genere dixit Martialis.

A L.

In ali neutralia sunt: ut Vestigal: Cicero; Non intelligunt homines, quām magnum sit vestigal parsimonia.

Sal neutro genere vulgo usurpatur. Veteres ma sculino maluerunt.

E L.

Neutrum est, mel, fel.

I L.

Neutrum est, ut nihil.

Masculina sunt, Strigil, & mugil.

O L.

Masculinum est, Sol.

V L.

Masculinum, Consul.

Exul, commune est.

A M.

Nequam, omnis generis est.

E M.

Tantidem neutrum. Totidem omnis generis, & plurale.

V M.

Neutra sunt, um finientia: ut, lorum, speculum. Mulierum nomina, ut Glycerium, fœminino non neutro genere efferuntur.

A N.

In an masculina sunt, & Græca, hic Pæan.

E N.

In en neutralia sunt: ut hoc flumen.

Excipe,

Masculina, iyen, splē, ren, hymē, nuptialis hymn⁹
Sunt & masculina à cano composita: vt fidicen,
tibicen, rūbicen.

Syren, fœmininum, ad generales regulas perti-
fiet, vt Træzen.

Flamen, sacerdotis nomen, masculinum est.

O N.

In on Græca sunt omnia, quorum genera co-
gnosces ex suis authoribus. Pleraque autem neu-
tra sunt, quæ in um apud Latinos exeunt: vt σύμ-
Color, symbolum.

A R.

In ar, neutra sunt: vt laquear.

Lar masculinum est: Pár omnis generis.

E R.

In er, masculina sunt: vt agger, vesper.

Exéipe hæc acer p̄ arbore, erable, apud Priscianum.

Hæc lynter, hoc iter.

Et neutra sunt quæ uer aut ber finiūt: vt cadauer,
vér, hubet, tuber, suber.

In abet masculinum est cum compositis.

Sunt neutra & fructuū nomina: vt papauer, piper.

O R.

In or, masculina sunt: vt honor.

Excipe;

Hec arbor, hoc ador, id est far, frumēti species pro-
pemodū illi similis, quam nos vocamus metal.

Hoc cor, æquor, marmor.

Adiectiua, regulas generales sequuntur,

b. ij.

à Corpus, bicorpor.

à Color, discolor.

à Memor, immemor. usurpatur neutro genere: Quemadmodum neutrī adduntur pauper, hospes, locuples, degener, &c.

V R.

In ur, neutra sunt: vt, ebur.

Excipe,

Hic furfur, hic vultur, hic turtur.

Fur, cicur, ad generales regulas pertinent.

A S.

In as fœminina sunt: vt hæc bonitas.

Excipe,

Hic as. nā & assis nominādi casu veteres dicebāt.

Hic vas vadis, hoc vas vasis.

Masculina etiam Græca sunt, hic elephas, hic Boreas. Communia, ad regulas generales pertinēt: vt hic & hæc Arpinās. Veteres dixerunt hic & hæc Arpinatis & hoc Arpinate.

E S.

In es, quæ crescūt genitiuis, in tertia declinatione masculina sunt: vt hic cespes cespitis, gurges gurgitis, fomes fomitis, aries arietis.

Excipe fœminina, hæc seges, hæc teges.

Communia sunt, diues, hospes, eques, sospes, habes, teres, interpres, obses, miles, deses, pedes, superites, præpes.

Tribuuntur hæc aliquando & neutrīs.

I I.

In es, quæ nō crescūt genitiuis, fœminina sunt:

vt hæc famēs famis. Sunt & fœminina quintæ declinationis omnia, vt fides. Item quæ e producūt, vt mercēs mercēdis. Est & compes fœmininum.

Excipe,

Hic verres, uerrat. Hic torques vel torquis, vel hæc torques seu torquis. Propertius, Torquis ab inclita decidit vna gula. Cic. Torque detracto, dixit.

Hic aut hæc dies. Hic meridies, masculino genere tantum usurpatur. Hoc æs. Hic pres. interpres inde compositum est.

I S.

In is fœminina sunt pleraque: vt hæc amussis, hæc cutis, & cætera.

Excipe,

I. In quibus is sequitur literam n, vt Panis: sunt enim masculina, hic panis, cinis, ignis, crinis, finis, funis, clunis.

Masculinum, canalis est.

II. In quibus is sequitur duas consonantes, aut vnam duplēm, sunt masculina: hic axis, cassis (id est rete.) amnis, fascis, fustis, pīscis, postis, collis, vectis, ensis, corbis, anguis, orbis, vnguis, mensis, follis.

Semissis, decussis, centussis, ab asse facta sunt.

Sunt autē & huius formæ quædam fœminina: hæc bipenis, febris, classis, messis, cassis, ung heame, pellis, cuspis.

III. Masculina sunt quæ genitiuis crescunt: hic lapis lapidis, cucumis cucumberis, cinis, cineris, puluis pulueris, sanguis sanguinis, vomis vomis.

b. iij.

meris, glis gliris.

Hoc loco grammatici mentionem fecerunt genitivæ Latinæ, qua cōplete solemus præpositionē & nomē, significaturi officiū. disputeruntque de eorum genere. Nos orationē potius eam cōplexionem esse iudicamus, quam vñū nomen. Attribuimus enim alteri voci genus & casum iuxta exempla authorum: vt à pedibus meis, Non enim dicimus Meus à pedibus.

| | | |
|----------------|-----|--------------|
| ab epistolis, | pro | scriba. |
| à pedibus, | pro | cursore. |
| à concionibus, | pro | cōcionatore. |
| à secretis, | pro | secretario. |

Nemo opinor recte dixerit ab epistolis Romano, pro scriba Romano: sed, Romæ ab epistolis, &c.

Obseruabis ipse quomodo vñi sunt authores.

O S.

In os, masculina sunt: vt honos, lepos, flos,

Excipe fœminina, hæc arbas, cos, dos, glos.

Neutra, os ossis, os oris, μέλος, χείρος.

Cōmunia, bos, custos, compos, impos, sacerdos.

V S.

In us, secundæ & quartæ declinationis plerunque sunt masculina: vt hic ventus, hic fructus.

Excipe Græca, quæ ferè sunt fœminina: vt, hæc αἴρτος, μένδος, ἔρημος, ὄβυος, πάπυρος.

Hæc byllus, beryllus, hæc carbasus. plurale neutrum est, hæc carbasa.

Hæc nardus, costus herba, hyssopus.

Sunt & fœminina hæc Latina, hæc domus, colus, humus, acus, anus, hæc idus: est enim plurale. hæc

porticus, tribus, vannus.

Neutra, hoc vulgus, pelagus.

I I.

In us tertiae declinationis foemina sunt, quæ
in obliquis retinent, ut hæc seruitus seruitutis,
palus paludis, salus salutis, tellus telluris.

Excipe masculinum, thus.

Neutra sunt, hoc ius, crus, rus: hoc pus, plus, thus.

Communia sunt, sus, grus.

Omnis generis, intercus, vetus.

In us tertiae declinationis neutra sunt ea, quæ
in obliquis u[erba] mutat, ut acus aceris, σκύβαλος, pale:
corpus corporis, pecus pecoris.

Quædam in us, varie usurpant authores: ut hic pe-
nus peni. Patris penum omnē, apud Terentiū.
hoc penus penoris. Hic specus, hoc specu. Cuius
modi multa annotauit Nonius Marcellus, ple-
raque etiam Valla.

A V S.

In aus foemina sunt, vt hæc laus, fraus.

s cum consonante.

Quæ finiunt s, præcedente consona, monosylla-
ba, foemina sunt: vt hæc ars, mors, puls.

Excipe hic fons, mons, pons, seps.

Sunt &c. masculina nomina, quibus affinis partes si-
gnificamus. Quæ quo certius intelligantur, o-
mnia hic recensebimus.

As vel affinis, continet vncias x i i.

Deunx x i.

Dextans seu decunx. x.

b. iiiij.

| | |
|------------|-------|
| Dodrans | IX. |
| Bes | VII. |
| Septunx | VIII. |
| Semifissis | V.I. |
| Quincunx | V. |
| Triens | III. |
| Quadrans | II. |
| Sextans | I. |
| Vncia | |

T.

In t neutra sunt: ut Caput, occiput.

Dicunt & occipitum. est autem posterior capitis pars, iuxta Catonis apophthegma, Frōs occipitio prior est. Id est, præsentia domini plurimum prodeit. Sinciput, pars qua se frōs ad verticem tollit, Græce βρέγμα.

A X.

In ax Latina fœminina sunt: ut pax, fornax. Græca ferè masculina sunt: ut abax, thorax, arctophylax, limax.

Calx usitate genere fœminino effertur, & pro calcaneo, & pro materia. Veteres & masculino usurparunt in utraque significatione.

E X.

In ex monosyllaba sunt fœminina, ut hæc fæx, lex. Masculina sunt, hic grex, rex.

I I.

In ex polysyllaba, masculina sunt: ut hic codex, (veteres caudex) frutex, latex, veruex, pollex. Excipe fœminina: hæc carex, herba. Virgilius, Et

carice pastus acuta. Hæc vibex. Persius, Puteal multa vibice flagellas. Hæc supellex, forpex, forfex, ilex.

Dubia,

Cortex, imbrex, obex, pumex, filex.

IX.

In ix dissyllaba, masculina ferè sunt: hic calix, fornix. Iuuinalis, Lenonum pueri, quocunque in fornicē nati.

Hic natrix. Lucanus, Et natrix violator aquæ.

Hic bombix. Hic varix. Horatius, Varice succiso.

Hic sandix, hic spadix.

Excipe,

Hæcceruix, perdix, lodix, cornix, salix, radix, filix.

II.

Polysyllaba fœminina sunt: hæc cicatrix, coxēdix, appendix.

Sic & monosyllaba, hæc strix, nix.

O X. V X.

In ox, vt nox. vx, vt nux, faux, fœminina sunt.

B S. N S. R S.

Quæ duabus consonantibus finiunt, generis fœminini sunt: hæc ars, calx, mens.

Hæc plebs: veteres & hæc plebes singulari numero dicebant.

Hæc sors, mors, glans, trabs, veteres trabes, hæc puls.

Excipe masculina,

Hic mons, pons, fons, dens, seps. Vulnificus seps.

Dubia sunt frons, scrobs, stirps, sed genere fœmi-

nino v̄sitatus efferuntur.
Chalybs masculinum.
Adeps dubium, sed masculino ferē effertur.
Forceps, masculinum.

Adiectiva ex regulis generalibus cognoscētur,
Sons, insōns, municeps, concors, discors.

NUMERI.

| | |
|---------------------|---------------|
| S ingularis, | vt hic Cæsar. |
| P luralis, | hi Cæsares. |

Quidam subtiliter disputant propria nomina carere plurali numero : quia vere propriū nomen illud est, quod non significat multos. Sed v̄sus tribuit eis pluralem numerum, vt Fabij.

FIGVR AE.

| | | |
|-------------------|----|----------|
| S implex | vt | aptus. |
| C omposita | vt | ineptus. |

Hic obseruandæ sunt adūlescentibus literarum mutationes: vt amicus, inimicus. Verū in verbis frequētius mutantur literæ, quàm in nominibus.

D E C O M P O S I T A quidam esse dixerūt nomina, à verbis compositis nata : vt experientia, suffragium.

CASVS SEX.

N O M I N A T I V V S, Prima vox est qua nominamus rem.

G E N I T I V V S, non quòd casus gignat, sed quòd eo vtamur, interrogati cuius vel originis, vel possessoris res sit: vt, Cuius est liber? Ciceronis. Cuius est filius Africanus? Pauli AEmilij. **D A T I V V S**, quòd eo vtamur attribuendo ali-

quid cuijam.

A C C U S A T I V V S, quo utimur cum personā actiuo verbo subijcimus: ut Lego Virgilium.

V O C A T I V V S, quo vocamus.

A B L A T I V V S, quo utimur cum auferri aliquid significamus. Estque hic casus Latinis proprius: Græci enim ablativos non habent. Ideo Græmatici nōnunquam Latinum casum vocant.

DECLINATIONES SVNT QVINQVE.

PRIMA

Complectitur quatuor terminationes, a, as, es, e. porrò Græca sunt omnia quæ as, aut es, aut e finiunt, non Latina. Veterésque omnia per a effebant, dicebántque pro Anchises, Anchisa.

Paradigma.

SINGULARITER,

Hæc Musa, huius musæ, huic musæ, hanc musam, ô musa, ab hac musa.

PLURALITER,

Hæc musæ, harum musarum, his musis, has musas, ô musæ, ab his musis.

Figuras admittunt nonnunquam hi casus. Nam

Virgilius diphthögum diuisit, cum inquit, Aulai in medio. Item, pictai vestis. Item, aquai.

Et genitiuo plurali nonnunquam syncope admittitur; terrigenūm pro terri genarum: idque fere in compositis tantum accidit.

Variant & datui plurales. Nam veteres pleraque discriminis caussa, per abus extulerunt: ut

eabus pro eis, fœminino genere. Hodie relata sunt ex hac forma, deabus, filibus, natus, et quibus, mulibus, libertibus, ambibus, duabus. Sunt qui & dominibus dicunt.

Græcam formā imitantur, quæ es aut as finiunt.

Paradigma:

Hic Anchises, huius Anchisæ, huic Anchisæ, hæc Anchisen, hunc Aeneam, ô Anchise, ab hoc Anchise.

Rarissimū est & priscum, quod & Priscianus adnotauit, gehitiuos singulares nominū purorum in a, per as exire: vt, hæc Maia Maias, pro Maiæ. & constat hoc imitatione Græcorum fieri. Vnde est genitiuus familiæ, pro familiæ. Virgilius etiam auras, pro auræ genitiuo fecit.

Prorsus Græca declinatio est nominum in e: vt, hæc epitome, huius epitomes, huię epitome, hæc epitomen, ô epitome, ab hac epitome. (Latini hæc epitoma. Sic & pētecoste περικοπή: id est, quinquagesima. Euterpe, &c.) Pluraliter hæc epitomæ, harum epitomarum, his epitomis, has epitomas, ab his epitomis.

SECUNDA DECLINATIO.

In hanc retulerunt Latini nomina quæ finiunt

| | | | |
|------|-----------|------|---------|
| E R, | vt gener. | I R, | vt vir. |
|------|-----------|------|---------|

| | | | |
|------|-----------|------|------------|
| V R, | vt satur. | V M, | vt Scamnū. |
|------|-----------|------|------------|

| | | | |
|------|-------------|--------|-------------|
| V S, | vt dominus. | E V S, | vt Orpheus. |
|------|-------------|--------|-------------|

Estque hæc Græca: cæteræ Latinæ sunt.

Paradigma.

Singulariter,

Hic dominus, huius domini, huic domino, hūc dominum, ô domine, ab hoc domino.

Plurariter,

Hic domini, horum dominorum, his dominis, hos dominos, ô domini, ab his dominis.

Hoc paradigmata regulare est, quo fines casuum singularium indicantur. Cæterum numero syllabarum quædam nomina variantur. Nam quædam superat nominatiuum numero syllabarum in casibus reliquis: quædam verò totidem syllabis contenta sunt in obliquis, quot syllabis constat nominatius. Indicabimus itaque horum discrimina.

DE GENITIVO.

Non superat genitiuus nominatiuum numero syllabarum, si er præcedat muta.

Faber fabri, cancer cancri, vasfer vafri, ager agri, asper asperi, augster austri.

Excipe

Liber Liberi, pro Baccho: & adiectiuum liber liberi, adulter adulteri, lacer laceri, socer soceri, asper asperi, prosper prosperi. Et composita à fe-
no & gero, lucifer luciferi, armiger armigeri.
Presbyteri, à presbyter, quod mutilatum factum
est à πρεσβύτερος, id est, senior. Ἰηροίς ple-
riique declinant & Iber iberi: vocat enim Liuius
annem Iberum.

Et Mulciber, declinationis est tertiae. Sic Ouid.
Mulciberis capti Mārsque Venūsque dolis.

II.

Quæ non habent mutam ante er, crescunt genitiis: vt,

Gener, generi, Tener, teneri, Miser, miseri.

In ir, vir viri.

In ur, satur saturi.

In eus, Orpheus Orphei.

Obseruabis breue esse e in obliquis nominum eus finientium. Tametsi id poetæ secuti Græcam consuetudinem (sunt enim omnia in eus Græca) alicubi produxerint: vt Ilionea apud Virgilium.

Nam Græci ex ιλιοντα, ιλιοντη faciunt.

Nonnunquam etiā Synæresi, &c i in his genitiis coeunt in ēi vnā syllabam. Sic Quidius, Inuria

Thesā, pro Thesei. Genitiui huius formæ sunt Vlyssā & Achillā apud poetas. Ut apud Virg.

Hei mihi qualis erat, quantum mutatus ab illo Hectore, qui redit, exuiaſ indutus Achilleā.

Nam veteres declinauerūt Achilleus, sicut Orpheus, vnde fit genitius Achillei, quatuor syllabarum, & per contractionem Achillā, trium syllabarum.

Sunt & græci genitiui Atticæ declinationis, quæ poetæ vñi sunt. Virgilius, In foribus lethibus Androgeo. Sic enim declinant, ὁ ἀκρόπολος, τὸς ἀκρόπολες. Sed Græca è suis authoribus pertenda sunt.

DE DATIVO.

O ſiniunt datiuī Latini omnes in hoc ordine: vt dominus, domini, domino. Sic Orpheus, Or-

phei, Orpheo. Verum quod Virgilius dixit datiuo
Orpha, Græcum plane est & contractum. ὄρφα
Calliopea, Lino formosus Apollo.

DE ACCUSATIVO.

Accusatiui terminatio, um est: vt dominus, do-
minus. Sed ab eis, per a accusatiuos faciunt: vt
Orphe, Ilionea. οὐ. Græcum est, Ἰλιον. Vulgus &
vulgum Latini dicunt. Virgilius, Sæuitque ani-
mis ignobile vulgus. hic genere neutro usurpauit
poeta. Alio loco inquit, In vulgum ambiguas, &
quærere conscius arma.

DE VOCATIVO.

Ab us, fit per e vocatiuuus: vt domin⁹, domine.
Ab eis, per eu fit, vt Orpheu. Sunt quædā cōtracta
Græca, quæ per u vocatiuos faciunt, vt Panthu.
Pleraque in us, similia sunt nominatiuis, quæ v-
sus abcebit: vt fluuius, pelagus, populus. Virg.
Corniger hesperidum fluuius regnator aquarum.
Lucanus, Degener ô populus.

Propria nomina in ius, per i faciunt vocatiuos:
vt Virgili, Pompeii. In appellatiuis hoc non ser-
uatur, præter quam in yno scilicet fili à filius.
Ab er, ir, um, ur, similes sunt vocatiui nominati-
uis. Inuenias Euandre apud Virgilium: sed id
Græcum est ab Αὐανδρῳ.

DE NOMINATIVVS PLVRALIS.

Masculina & fœminina, per i faciunt nominati-
tius plurales. Neutra omnia & in alijs declina-
tionibus per a nominatiuos, accusatiuos, & vo-
catiuos formant: vt scamna, gymnasia.

GENITIVVS

Per orum finit: sed syncope syllabam subdit, ut pro deorum, dœum: virum, pro virorum, & deo-
tæ his frequentius vtuntur, sed tamen & in soluta
receptum iam est Mille numum, pro numerorum:
& sestertiūm, pro sestertiorum.

DE TERTIA DECLINATIONE.

TERTIO ordine declinantur nomina quæ si-
niunt a.e.i.o.c.l.n.r.s.t.x.

Formulæ casuum:

**Genitiuus is, datiuus i, accusatiuus em, vocatiuus
similis nominatiuo.**

Pluraliter,

**Nominatiuus es, genitiuus um, datiuus bus, accu-
satius, vocatiuus, similis nominatiuo plurali,
ablatiuus similis datiuo.** In hac declinatione,
quia genitiuus aliæ numero syllabarū superat
nominatiuum, aliæ par est & in nominatiuo &
in genitiuo syllabarum numerus, formatio ge-
nitui paulò est difficilior. Sed ex paragmata-
ris facile cognoscetur. Quare eius casus forma-
tionem æstimandam ab exemplis relinquimus.

Paradigma in A.

In a neutra sunt, & Græca omnia: vt, poema,
tragema, carcinoma. Certe veteres declinarunt
huiusmodi voces, prima declinatione: vt, hæc
schema, huius schemæ, apud Plautum.

Paradigma.

Singulariter,

Hoc poema, huius poematis, huic poemati, hoc

ptanus, & Pluto, Saturni & Opis filii fuerunt. Verum Iuppiter Iunonem sororem suam eodem secum partu editam vxorem duxerat: & cum Plutone Neptunoque fratribus regnum partitus, olympum sibi reseruans habitavit. Quam insignis stupris & adulteriis fuerit, non ipse tantum, sed & reliqua gentilium deorum caterua, poetarum carmina personant, & numerosa ex variis misceribus suscepta soboles docet. **A P O L L O**, Iouis & Latona filius à poetis dicitur, medicinæ artis repertor, diuitiatis deus, & Musarum præses. **M I N E R V A**, sa- **Minerua**. pientiæ dea, & omnium bonarum artium inuentrix appellatur. Hanc dicunt poetæ Iouis filiam sine matre, ita quod cum Iuppiter videret Iunonem vxorem suam non ferentem liberos, percusso capite armatam Mineruam emisit. Ouidius in tertio Fastorum, An quia de capitibus fertur, sine matre, paterni Vertice cū clypeo profiliuisse suo? Eadem dicitur belli inuentrix & princeps, hanc oculis, & armis insignem, longamque hastam cum crystallino clypeo, in quo erat caput Medusæ, ferre dicunt poetæ. De qua re talem fingunt poetæ fabulam: Medusa una Gorgonum, cum à Neptuno in templo Mineruæ stuprata esset: irata dea, ne tantum crimen inultum maneret, crines eius quibus Neptuno placuerat, in angues vertit: deditque ut eam aspicientes, in saxa vertentur. Hanc postea Perseus, Iouis Danaësque filius, acceptis talaribus & falcato ensे Mercurii, item scuto Palladis, Medusam unico istu interemit: unde Pallas, ut terribilior hostibus videretur, Gorgonis caput in suo clypeo gestauit. Ouidius,

Gorgonium crinem turpes mutauit in hydros:

Nunc quoque ut attonitos formidine terreat hostes,
Pectore in aduerso, quos fecit, sustinet angues.

P H A R E T R A, theca sagittarum. Inde Cupido phare Pharetra. tratus dicitur. **S V P E R C I L I U S**. Cilium est superius Superciliū. oculi operimentum. Inde supercilium, infima pars frō

c.i.

tis quæ præminet oculo. Et quoniam illo multis modis animum indicamus, ponitur pro grauitate, & etiam superbia. Minerua ergo superciliis adductis, id est confit-

Obseruare. Quis, quod irati facit. **O B S E R V A T.** id est notat, & **Temere.** custodit attentissime ne amoris iaculo se feriam. **T E R -**

M E R E. adverbium qualitatis, significans stulte, inconsiderate, sine fine causa. Seneca in octavo, Nihil in propinquos temere constituи decet. Qui post Ciceronem

Tartarus. nati sunt, temere pro ferre acceperunt, teste Valla. **T A R -**

Musa. **T A R . V . s.**, propriè est locus infimus inferorum. **M Y -**
sae, ut dicit Hesiodus, ex Ioue & Mnemosyne, hoc est memoria, natæ sunt: & sunt nouem: quarum nomina & inuenta sic percurrit Virgilius, Clio historias innenit, Melpomene tragœdias, Thalia comoedias, Euterpe tibias, Terpsichore psalterium, Erato geometriam, Calliope li-
teras, Urania astrologiā, Polymnia rhetoricas. **D I A -**

Diana. **N A , Iouis filia, ex Latona eodem partu cum Apolline na- ta dicitur, quæ virginitatis studio hominum consortia fugiens sylvas incolebat venationi intēta: quare cum ar- cu & pharetra illam incessisse scribunt poetæ. Virgilius,**

Id genus. -illa pharetram Fert humero. **P L V R I M A I D G E -**
Omne ge- nus. **N V S ,** sanè quam eleganter pro, eius generis plurima, dicimus: & omne genus pro omnis generis: unde Gellius scriptis Aristotelis libros esse elegantiarum omne genus refertos. **T A M E T S I F R A T R E M E . I . V S ,** Subaudi ferio iaculis amoris: est enim Aposiopesis.

Martis ac Mercurii.

M A .

V D I S T I N ' Mercuri cuiusmodi no-
A bis minatus sit Iuppiter, quam super-
ba, quamque dictu absurdæ? Ego, in-
quit, si voluero, catenam ex æthere demittam,
vnde si vos suspesi me vi detrahere conemini,
luseritis operam, nunquam enim me deorsum
trahetis. Contra, ego si vos velim in altum at-

frātē, nōn vōs mōdo, verū etiā tū terrā ip-
 sām, tū māre pāriter subiectū in sublīme susti-
 lero. Adhuc alia permulta quæ tu quoque au-
 disti. At ego si quidem cū vno quolibet singu-
 latim conferatur, ita præstatiōrem eum esse vi-
 tribusq; superiorē haudquaquā negauerim: ve-
 rum vnu tam multis pariter intātū antecellere,
 vt eum ne pondere quidem vincere queamus,
 etiam si terram ac māre nobis adiūxerimus, id
 neutiquā crediderim. M E. Bona verba Mars.
 Neque enim sat tutū est ista loqui, nequid for-
 tē mali nobis hæc petulātia cōciliēt. M A. An
 vēro credis apud quemlibet hæc dicturū me?
 Imò apud te solum id audeo, quem linguae cō-
 tinētis esse sciebam. Sed quod mihi maximē
 ridiculū videbatur, tum quum hæc minitantē
 audire, haud queā apud te reticere: etenim me-
 minerā, quū non ita multò ante' Neptunus, Iu-
 no, ac Pallas, mota aduersus cū seditione ma-
 chinaretur cōprehēsum illū in vincula cōiice-
 re, quāntopere formidari, utq; in omnē speciē
 sc̄e verterit, idque cum tres dūtaxat essent dii.
 Quòd ni Thetis misericordia cōmota, Briareū
 centimanū illi auxiliatū accersiuisset, ipso pari-
 ter cū fulmine ac tonitru viñctus erat. Hæc re-
 putati mihi, ridere libebat eius magniloquētiā
 iactatiām; M E. Tace, bona verba, neq; enim
 tutum est ista vel tibi dicere, vel audire mihi.

Mars.

M A R S , belli deus, Iunonis fuit filius, absque patre, ut
scribit Ouidius in Fastis. Nā Iuno commota quod Iup-
piter absque muliere Mineruam concusso capite emul-
set, ad Oceanum perrexit, consilium sumptūra quo pa-
sto & ipsa sine viro concipere posset: sed in itinere cum
desedisset lassa, à dea Flora uxore Zephyri est edocta in
campis Oleniis florem esse, quo tacto, repente concepi-
ret: id postquam fecisset, Martem cōcepit, & pēperit. Hic
deus tam dirus atque cruentus, intēt alias multas ve-

Ludere o- nerem adamauit, & Cupidinem genuit. L U S E R I T I S
peram. O P E R A M , hoc est ianiter laborabitis. Terentius in
Phormione, In illis operam luditur: hoc est perditur &
frustratur: & est proverbialis locutio in laborantem in-
aniter. C O N T R A , id est ediuerso, econuerso. Et est
aduerbiū. Virgilius in i. Aeneid.

Sic Venus, At Veneris contrā sic filius orsus. Aliquā-
do etiā contrā adverbialiter capit, & significat ex oppo-
sito. Econtrā putant doctiores Latine non dici. B R I-
A R E V s fuit Titanis & Terræ filius, fraterque Cotti &
Gygis, cētimamus, Iouisque amicus, de quo Theodosius
talem fabulam refert, Quod commoti dii aduersus Io-
uem, Iuno puta & Neptunus vna cum Pallade in domo
Nerei patris Thetidis deliberauerunt catenam facere, &
dormienti Ioui iniicere: quod Thetis Nerei filia & mater
Achillis cælum ascendens, Ioui retulit, & secum Bri-
reum Ioui auxiliatum adduxit, quem cum vidissent cō-
iurati, eo quod fortissimus aestimaretur, confessim à coe-
ptis destitēre, & sic defensus est Iuppiter. Latini autem
poetæ scribunt Briareum Iouis & deorum hostem infe-
stissimū fuisse, cūmque in foribus inferni excubias age-
re, vt scribit Virgilius in v i.

Mercurii & Maiæ.

M E R .

S T verò mater, deus quisquam in cæ-
lo me miserior? M A. Cae ne quid
istiusmodi dixeris Mercuri. M E R .

Quid non dicam? qui quidem tantum negotiorum solus sustineam, quibus delassor in tam multa ministeria distractus? nam mane propterius surgendum est mihi, statimque verendum coenaculum, ubi dii compotant. Tum ubi cotiam in qua consultant, vndeque struero, ac singula ita ut oportet composuero, Ioui necessum est assistere, ac perferendis illius mandatis toto die sursum ac deorsum cursitare: insuper cum redeo, puluerulentus adhuc ambrosiam apponere cogor. Porro prius quam nouitius iste pocillator aduenissem, ego nectar etiam ministrabam: Quodque est omnium indignissimum, soli omnium ne noctu quidem agere quietem licet, verum id quoque temporis necesse habeo defunctorum animas ad Plutonem deducere, manumque gregi me dicem praebere, tum autem & tribunalibus assistere, neque enim mihi sufficiebant scilicet diurna negotia, dum versor in palestris, dum in concionibus praeconis vices ago, dum oratores instruo, ni haec quoque prouincia accedit, ut simul etiam umbrarum res disponam. Atqui Ledæ filii alternis inter ipsos vicibus apud superos atque inferos agitant: mihi necesse est quotidie tum hoc tum illud pariter agere. Deinde, duo illi, Alcmena ac Semele misericordia prognati mulieribus, otiosi in conui-

uiis accumbunt: at ego Maia Atlantide genitus, illis ministro scilicet. Quin nūc cum recens à Sidone Cadmi filia reuersus esset (nam ad hanc me legarat, visum quid ageret puella) prius quām respirasse, & adhuc an helum de via rursum ad Argos emandauit vi surum quī cum Danae ageretur. Rursum inde in Bœotiam profectus, inquit, Obiter Antio pam visito, adeo ut planè iam pariturū nō negarim: quòd si mihi licuisset, lubens profecto fecisse, id quod solent ii qui in terris duram seruiunt seruitutem. M A. Missa fac ista gnat e. Decet enim per omnia morem gerere patri, cum sis iuuenis. Ac nunc quòd iussus es, Argos cōtende, deinde in Bœotiam: ne si cessaris, furesque lentior, plagas etiam auferas, nam ira cundi sunt qui amant.

Maia,

M A I A, Atlantis ex Placione coniuge filia, Ioui concubuit, atque ex eo peperit Mercurium: quem Iuno p̄ omnibus pellicum filius adamauit, ita ut Mercurium mox natum suis vberibus lactauerit: sicutque diuino lacte perfusus, licet ex mortali natus, immortalis tamē effectus est. Dic̄usque est Mercurius deus facundiae, mercatorū, palæstræ, furum, nuntiūsque & interpres deorum. Galero tegitur, alata fert talaria, & virgam caduccam qua animas (vt scribit Virgilius) ille euocat orco

Pallētes, alias sub tristia tartara mittit. P R O T I N U S

Protinus. per i, aduerbiū est tēporale, id est statim. Protenus per Protenus. e, aduerbiū locale, id est porrō tenus, author est Caper Cornaculū. grammaticus. C O E N A C V L V M locus appellatur vbi

cornamus, ut author est Varro. sed postquam in superiori parte cornitare coeperunt: superioris domus universa, cornacula dicta sunt. Et Cœnatio, locus in ima seditione ad cœnam sumendam. A M B R O S I A M Cœnatio.
pro deorum cibo & vnguento usurpat poetæ: nec temere, quia & μεροσιδες Græcè dicitur immortalis. Marcialis, Iuppiter ambrosia satur est, & nectare viuit. id est de nectare. Apuleius in v i, Tunc poculum nectaris, quod vinum deorum est. Et capitur etiam ambrosia pro herba quæ alio nomine artemisia dicitur. N O V I T I V S P O C I L L A T O R, id est Ganymedes. Fuit autem Ganymedes Trois regis Dardanorum filius, & ob admirandam des. pulchritudinem à Ioue in forma aquilæ raptus, quem Iuppiter pincernam suum fecit amota Hebe Iunonis filia: eo quod dum Ioui apud AEthiopas comedanti ministaret, cadens corporis sui obsoena omnibus superis monstrauit. P A L A E S T R A, dicitur à nostris luctatio. Palæstra. Virgilinus, Corporaque agresti nudant prædura palæstra. Capitur etiam pro loco vbi exercebantur palæstritæ.

I N C O N C I O N I B V S. Concionem tria significare do Concio. cet Aulus Gellius, locum, suggestumque vnde verba sicerent: item significare cœtum populi assidentis: item orationem ipsam quæ ad populum dicitur. In concionibus, hoc est in conuentu & congregacione multorum. Mercurius præconis vices agit, dum Iouis & maiorum mandata populo ore nuntiat. L E D A E P I L I I, Castor & Pollux. Cum Castor in pugna aduersus Athene Castor. nicenses cecidisset, Pollux suam immortalitatem cum illo comunicavit, & impetravit à Ioue ut alternatim vivent. Virgilinus in v i, Si fratrem Pollux alterna morte redemit. D V O I L I I, Alcmena ac Semele, id est Hercules & Bacchus. Nam Hercules fuit Ionis & Alcmenæ filius; Bacchus vero Iouis ex Semele Cadmi filia. s i- Sidon. D O N, oppidū est Phœniciaz regionis, & apud Sidonē & Tyrū Cadmum cum Phœnicio regnasse scribit Eusebius. Cadmi filiaz quatuor fuere, Semele, Agaue, Autonoe, & c. iiiii.

Ino cum Scmele Louem concubuisse vulgatum est.
D A N A E. Acrisii Argivorū regis filia à patre in quādam turri conclusa fuit, ob id quod in responsis habuit se manu eius qui ex filia nasceretur, moriturum: ad hanc Iuppiter (cum alia non pateret via) in aureum imbreui ex tegulis per impluvium in gremiu eius se cadere permisit, quæ ex eo compressu Perseam genuit. **A R G O S** nomen est vnius regiunculae in Græcia: unde Græci, Argui dicti sunt. fuit & nomen aliquot oppidorum Græciae: & est in singulari neutri generis, in plurali vero masculini. **O B I T E R** aduerbiū est, & significat in transcurso, transeunter, & quod vulgo dicitur, incidenter, quasi præter propositum: dictio composita ab ob & iter.

A N T I O P A Lyci Thebarum regis vxor fuit, Asopi filia, vel, vt alii volunt, Nictei. hanc Iuppiter in Satyrum conuersus, grauidam fecit: quæ Zetum & Amphionem ex eo compressu peperit.

Veneris & Cupidinis.

V E.

V P I D O gnate, vide quæ facis flagitia, non iam de his loquor, quæ te impulsore mortales in terra vel in se quisque, vel inuicem alii in alios faciunt: verum de his ago quæ apud superos quoque designas, qui quidem Louem ipsum cogis varias assumere formas, in quocunque tibi pro tempore visum fuerit, eum vertens. Tum Lunam ē cælo deuocas. Quin & Solem aliquoties compellis lentum apud Clymenem cessare, aufigandi muneris oblitem. Nam quicquid injuriæ in me matrem etiam committis, audacter ac tanquam tutò facis. Verum tu quidem,

ō deorum omnium confidentissime, Rhea
insuper ipsam iam anum, præterea deorum
tam multorum parentem eō per pulisti, vt pu-
sionem admet, atque in Phrygium illum ad-
olecentulum depereat, ac tua iam opera in-
sanit: iunctisque leonibus, adhibitis item Co-
rybantibus (quippe qui & ipsi furore quodam
sunt afflati) per Idam montem sursum ac de-
orsum oberrat ipsa quidem Attis amore eiul-
ans. Cæterum Corybantum alius suum ipse
penem ense defecat, alius demissa coma per
montes fertur insanus, alius cornu canit, a-
lius tympano tonat, alius cymbalo perstre-
pit: breuiter, omnis vndiquaque Ida tumul-
tus atque insaniæ plena est. Proinde cuncta ti-
meo: metuo ne tale quid accidat, quandoqui-
dem te produxi, malum ingens, vt si quando
resipiscat Rhea, vel potius si perget insani-
re, Corybātibus imperet vt te correptum dis-
cerpant, aut leonibus obiiciant. Hic me sol-
licitat metus, quòd videam tibi periculum im-
minere. C. Otiōso animo esto mater, siqui-
dem leonibus etiam ipsis iam familiaris sum
factus, ita vt sæpenumero consensis eorum
tergis, prehensaque iuba, equitis ritu insidens
illos agitem. At verò illi interim mihi caudis
ad blandiuntur, ac manum ori insertam rece-

ptant, lambuntque, deinde mihi reddunt innocuam. Porro Rhea ipsi quando tandem va cauerit, vt me vlciscatur, quum in Atte fit tota? Postremò quid ego pecco, quum res pul chras, vt sunt, offero ac demonstro? vos ne appetite res pulchras. quare his de rebus ne in me crimen conferte. Num vis ipsa tu mater, vt neque tu posthac Martem ames, neque ille te? V. Ut es periculosa, & nulla in re non superas: at tamen horum quæ dixi, aliquando memineris.

Designo.

D E S I G N A R E, vetustissimo significatu est rem nouam facere in utrunque partem & bonam & malam, scuti docet Donatus, enarrans illud Terentii in Adelphis, Nam illa quæ facta sunt omitto, modo quid designavit fore effregit. **V A R I A S F O R M A S.** Non impatientia amoris se vertit in taurum, in aquilam, in olorem, satyrum, Amphitryonem, aurum, ignem, pastore, serpente, vt scribit Ovidius in sexto Metamorphoseos,

Endymion

E N D Y M I O N, pastor fuit admodum formosus. cu in Lamio Cariæ monte aliquando obdormiisset, & Luna deosculatus est, quæ in eius amorem exarserat, ita vt fratris bigas suas agitadas dederit. Seneca in Hippolyto, Arsit obscuri dea clara mundi
Nocte deserta, nitidosque fratri

Clymene.

Tradidit currus aliter regendos. **C L Y M E N E** fuit Oceanus & Tethios filia. & quia forma præstabat, Soli placuit, ex quo concepit Phaetonem & sorores eius. **A U-**

Aurigor.

R I G A N D I, id est regendi currum. Aurigor, rego, monderor. Valla, Hectori aliquis fratrū ferè aurigabatur currum. **R H E A**, quæ & Cybele Berecynthia & Ops dicitur, filia fuit Cæli, & Vestæ, & Saturni fratris coniunctæ. Hanc poetæ Louis & aliorum plurium deorum matrem

Rhea.

dixerant, elque quadrigam à quatuor leonibus tractam assignaverūt, & capiti eius turritam coronā & sceptrum manibus addiderunt. Et cum incederet, sacerdotes dicti Galli, tympana tangentes & æra, præcedebant, & Corybantes armati illā ambibant. **A T T I S**, puer Phrygius Attis. adamatus à Rhea matre deorum, cum ei castitatem promisisset, quam non seruauit, in furorem versus scipsum excruciauit. **P V S I O**, dicitur proprie parvus puer. Cice Pusio. In oratione pro Cælio, Pusio cum maiore sorore cù. Pusus. bitauit. Veteres eundem Pusum, & Pusam puellam di- **Pusa.**
xerunt. Capitur tamen s̄pē pro scorto masculo. **C O-** **Corybates.**
R Y B A N T E S, sacerdotes sunt Cybeles, siue Rheæ, qui in sacrificiis matris deorum armati saltantes casti & puri sunt assompti. Corybantes autem appellati, quod inter saltandum capita iactent.

Doridis & Galateæ.

D O.

O R M O S V M amantem Galatea,
P nempe Siculum istum pastorem a-
iunt amore tui deperire. **G.** Ne ride
Doris, etenim qualis qualis est, Neptuno pa-
tre prognatus est. **D.** Quid tum postea, si vel
Ioue ipso sit progenitus, quum usque adeò a-
grestis atque hispidus appareat, quodque est
omnium deformissimum, vñculus? An ve-
rò credis genus illi quicquam profuturum ad
formam? **G.** Ne istuc quidem ipsum, quod
hispidus est atque agrestis, ut tu vocas, illum
deformat, quin virile magis est. Porro oculi
media in fronte decet etiam, quo qui-
dem nihilo segnior cernit quam si duo fo-

rent. D.O. Videris Galatea non amantem
bere Polyphemum, sed illum potius adar-
re, sic eum prædicas. G. Evidem haud ada-
mo, sed tamen insignem istam vestram insula-
tandi opprobrandique petulantiam ferre non
queo. Ac mihi nimirum inuidentia quadam
isthuc facere videmini, propterea quod illi
quum forte aliquando gregem pasceret suum,
nósque è littorali specula in littore ludētes cer-
neret in prominentibus AEtnæ pedibus, quā
videlicet inter mótem & mare littus sese in lō-
gum porrigit. Nos ne aspexerit quidem: at ego
omnium vna visa sim formosissima, eoque in
vnam me coniecerit oculum. Ea res vos ma-
le habet. Nam argumentū est me forma præ-
stantiorem esse ac digniorem, quæ amer, vos
contrà fastiditas esse. D. An istud tibi putas
inuidendum videri, si primum pastori, deinde
lusco formosa visa sis? quanquam quid aliud
ille potuit in te probare præter candorem? is
illi placet opinor, quod caseo & lacti assueverit:
proinde quicquid his sit simile, id proti-
nus pulchrum iudicat. Alioqui ubi libebit sci-
re qua sis facie, de scopolio quopiam in aquā,
siquando tranquilla steterit, despectans temet-
ipsam contemplare: videbis aliud nihil nisi
perpetuum candorem: verum is quidem non

probatur, nisi rubor admixtus illi, decus illi
iunxerit. G. Atqui ego illa immodecē candi-
da, tamen eiusmodi habeo amantem, quum
interim ē vobis nulla sit quam vel pastor, vel
nauta, vel portitor aliquis miretur. Cæterum
Polyphemus (vt alia ne dicam) etiam canen-
di peritus est. D. Tace ô Galatea, audiui-
mus illum canentem cum nuper pruriret in
te: sed ô sancta Venus, asinum rudere dixisses.
Nam lyræ corpus simillimum erat ceruino
capiti ossibus renudato: tum cornua perinde
quasi cubiti prominebant. Is iunctis inductis
que fidibus, quas ne collope quidem circum-
torquebat, agreste quiddam & absonum can-
tillabat, quum aliud interim ipse voce caneret,
aliud lyra succineret, ita vt teperare nobis ne-
quierimus quin rideremus amatoriam illam
cantionem: nam Echo ne respondere quidem
illi voluit balanti, quum sit adeò garrula: imò
puduisset si visa fuisset stridulum illius, & ri-
diculum cantum imitari. Adhæc gestabat in
vlnis amasius iste delicias suas vrsi catulum pi-
lis hirtum ipsi nō dissimilem. quis autem non
inuideat tibi amicum istū Galatea? G. Quin
tu igitur Dorū tuum ipsius amicū nobis com-
monstra qui meo sit formosior, quique do-
ctius ac melius vel voce canat, vel cythara?

D. Mihi quidem nullus est amator, neque me
hoc nomine iacto, quasi sim vehementer
mobilis: veruntamen istiusmodi amicū, qua-
lis est Polyphemus, nempe totus hircū olens,
tum crudis vicitans carnibus, & hospites, si
qui appulerint, deuorans, tibi habeas, cùmque
tu mutuum ames.

Sicilia.
Polyphe-
mus.

Doris.

Hispidus.

Insulto.
Opprobra-
re.

Specula.
AEtna.

Iacere ocu-
lum.

S I C I L I A est regio fertilissima, olim Italæ coniuncta, nūc mari discreta. inde Siculus pastor dictus est Po-
lyphemus Cyclops (cui oculus duntaxat vñus in frōte),
quod in Sicilia pasceret oves. De huius inusitata má-
gnitudine, crudelitate in hospites, astisque Ulyssis quo
cum cœcauit, Virgilius in tertio AEneidos, & Ouidius
xiiii. Metamorph. graphicè scripserunt. D O R I S,
nympha est seu Æga maris, Oceanī & Tethyos filia. Po-
nitur pro aqua interdum, veluti pleraque nomina deo-
rum dœarūmque & inuentorū, pro rebus vel inuētis vel
quibus præsunt. vt Terétius, Sine Cerere & Bacchoffri-
get Venus. H I S P I D V S propriè setosus dicitur: hor-
rorem tamen quendam denotat, qui vel natura vel inci-
ria accidit. Vnde Polyphemus apud Ouidium in xiiii,
Barba viros histāque decent in corpore seta. Et Dioge-
nes interrogatus cur tam prolixam barbam nutritet, Vt
hanc tangens, respondit, mémincim me virum esse.
I N S V L T O, præter alia significat irridere. O P P R O-
B R A R E est conuictari & contumeliosè aliqua cuiquam
obliucere. Hinc opprobrium, ignominia, dedecus. S P E-
C V L A, locus est editus & eminens, vnde procul liceat
videre & speculari. A E T N A, mons est Siciliæ perpe-
tuò igne incensus, qui flamas, cinerem, & fauillas fré-
quenter euomit. In hoc Cyclopes dicuntur Ioui fabri-
care fulmina. I A C E R E oculum in aliū, est amoris
causa & benevolentiaz quempia blande aspicere. M A-

S. HABEAT, quandoque est vexare & torquere, in- Male habe
terdum ægrum esse & morbo laborare. **I M M O D I C E,** re.
Nō modicē, sed multum. **C A N D O R E M** perpetnum. Immodice
Bene & conuenienter expressit colorem eximiè album. Cádor per-
Et Galatea dicitur quasi lactis dea. **P R V R I R E,** pro- petus.
ptid est vri desyderio & appetitu confricandi sese. Pru- Galatea
titus, talis naturæ appetitus. Transsumitur hic, vt libi- Pratio.
dinem notet, qua homo lascivius in mulieris concipi-
scientiam ardescit. **E C H O,** dea est quæ clamātibus re- Echo.
spondet. Physici vocat repercussionem soni ex obiectu
laterum loci cauernosi aut cōcaui. **S I R C V M O L E-** Hircum o-
lē, est foctere more hirci. lete.

Diogenis & Alexandri.

D.

VI D hoc rei est Alexander? itānc
Q defunctus es tu quoque perinde at-
que nos omnes? **A.** Vides nimirum
Diogenes: tametsi mirandum non est, si, ho-
mo cum fuerim, defunctus sim. **D.** Num er-
go Iuppiter ille Hammon mentiebatur, cum
te suum filium esse diceret, an verò tu Philip-
po patre prognatus eras? **A.** Haud dubie Phi-
lippo: neque enim obiisse si Hammone pa-
rente fuisset progenitus. **D.** Atqui de O-
lympiade etiam consimilia quædam fereban-
tur, puta draconem quendam cum ea fuisse
congressum, visumque in cubiculo, ex eo gra-
uidam peperisse te: porrò Philippū errare, fal-
lique qui se tuū patrem esse crederet. **A.** Inau-
dierā quidem & ipse ista quemadmodū tu, at
nunc video neque matrē, neque Hammonios

illos vates sani quicquam aut veri dixisse. D.
Attamen istud illorum mendacium, Alexander, ad res gerendas haudquaquam tibi fuit
inutile, propterea quod vulgus te verebatur,
metuebatque, quum deum esse crederet. Sed
dic mihi, cuinam tam ingens illud imperium
moriens reliquisti? A. Id equidem ignorō
Diogenes: celerius enim ē vita submouebar,
quām ut esset otium de illo quicquam statuē-
di: præter id vnum, quod moriens Perdiccæ
annulum tradidi. Sed age quid rides Dioge-
nes? D. Quidni rideam? an non meministi
quid Græci fecerint, quum nuper tibi arrepto
imperio adularentur, principemque ac ducem
aduersus Barbaros deligeret? nonnulli verò in
duodecim deorum numerum referrent, ac fa-
na constituerent, denique sacra facerent tan-
quā Draconis filio? Sed illud mihi dīcito: ubi
te sepelierunt Macedones? A. Etiamdū in Ba-
bylone iaceo tertium iam diem. Porro Ptole-
mæus ille satelles meus, si quando detur otium
ab his rerū tumultibus qui nunc instant, pol-
licetur in AEgyptum deportaturum me, atque
inibi sepulturum, quo videlicet vnuſ fiam ex
diis AEgyptiis. D. Non possum non ridere
Alexander, qui quidem te videam etiam apud
inferos desipientem, sperantemque fore ut ali-

quando vel Anubis fias, vel Osiris. Quin tu spes istas omittis ô diuinissime? neque enim fas est reuerti quenquam, qui semel paludem transmisserit, atque intra specus hiatum descendit: propterea quòd neq; indiligens est AEacus, neque contemnendus Cerberus. Verum illud abs te discere peruelim, quo feras animo, quoties in mentem redit, quanta fœlicitate apud superos relicta, huc sis profectus, puta corporis custodibus, satellitibus, ducibus, tum auri tanta vi adhoc populis qui te adorabant: præterea Babylone, Bactris, immanibus illis beatis, dignitate, gloria: deinde quòd eminebas conspicuus, dum vectareris, dum amiculò candido caput haberet reuinctum, dum purpura circumamictus es, nunquid hæc te discrūciant, quoties recursant animo? Quid lachrymas stulte? an non id te sapiens ille docuit Aristoteles, ne res eas quæ à fortuna proficiantur, stabiles ac firmas existimares? A. Sapiens ille, quum sit assentatorum omnium perditissimus? Sine me solum Aristotelis facta scire, quam multa à me petierit, quæ mihi scripserit, deinde quemadmodum abusus sit mea illa ambitione, qua cupiebam eruditione ceteris præstare, quum mihi palparetur interim, ac prædicaret me nunc ob formam, tanquam & ipsa summi boni pars quædam esset, nunc ob
d.i.

res gestas atque opes: nam has quoque in bonorum numero collocandas esse censebat; ne sibi vitio verteretur, quod eas acciperet. Planè præstigiosus vir ille quidem erat ac fraudulentus ô Diogenes: quanquam illud fructus scilicet ex illius sapientia fero, quod nunc perinde quasi summis de bonis excrucior ob ista quæ tu paulo ante commemorasti. D. At q[ui]cunq[ue] quid facies? ostendam tibi molestiæ istius medium. Quandoquidem his in locis vera erum non prouenit, fac ut Lethei fluminis aquam audiſſis faucibus attrahens bibas, iterumque ac ſæpius bibas: atque eo pacto defines de bonis illis Aristotelicis discruicari. Verū enim Cletum etiam illum, & Callisthenem video, tūmque his alios complures rapti in huc fereentes, quo te discerpant, poenāque sumant ob ea quæ quondam in illos commisisti: quare fac in alteram hanc ripam te conferas, & crebrius (ut dixi) bibas.

- Hammos.** H A M M O S, Græce arena. Hammon arenarius, Epicheton Iouis, quia Iuppiter colebatur in loco arenoso & extremo Libyæ, quomodo Apollo Clarius est dictus, Olympias. O L Y M P I A S, regina Macedonie, mater Alexandri. Aliter, tempus quinque annorum apud Græcos: sicut apud Latinos Luſtrū, spatium est quinque annorum. E R R A R E, est verum pro falso, aut pro falso verum, aut certum pro incerto assuerate, falli, decipi. H A M M O N I I vates, sacerdotes, prophæte Iouis Hammonis. P E R D I C C A, unus

ex ducibus Alexandri. BABYLON, vrbs Chaldææ in- Babylon.
 gens & ampla, à turre Babel, quod confusionem notat,
 etenim cum unica esset lingua, & homines turrim us-
 que sydera ædificare statuerent, Deus linguam eorum
 confudit, impietatemque pluralitate idiomatum ple-
 nit. IN D V O D E C I M D E O R V N . Duodecim dii maio-
 crant selecti, qui maiores gentium dii dicebantur, Iu- res.
 no, Vesta, Minerua, Ceres, Venus, Diana, Iuppiter,
 Mars, Mercurius, Neptunus, Vulcanus, Apollo. AE- A Egyptus.
 G Y P T I S, regio Libyæ ubi perpetua est serenitas, atque
 ea causa Nilus fluuius illam singulis annis irrigat: pró-
 que magnitudine inundationis eius, aut caristia est, aut
 vilitas annorum. DI I AEGYPTI I, idola in A Egypto
 culta, quæ plurima erant. AN V B I S, Mercurius in for Anubis.
 ma canis ab A Egyptiis veneratus. Alii filium Osiris,
 quod canem insigne gestaret, sub canis imagine cultum
 dicunt. OS I R I S, rex A Egypti tandem in deos rela- Osiris.
 tus cum uxore sua Iride colitur sub imagine bouis, quæ
 Apim seu Serapim appellant, propterea quod ab uxo-
 re post cædem eius à fratre factam quæsitus & inuen-
 tus, laceratus ibidem, postea repertus, bos creditus sit fu-
 isse Osiris. PALVS, hic est aqua stagnalis apud infe- Palus.
 ros, de qua Virgilius in v i. Aeneidos. AE A C V S, unus A Eacus,
 inferorum iudex. Tres enī dicuntur esse, Radaman-
 thus, Minos, A Eacus, omnes seges Cretenses: & ob iu-
 sticiam, filii Iouis dicti: ob seueritatem autem apud in-
 feros iudices existimati. BACTR A, regio Scythiaæ, vi- Bactra.
 tra A s y t i a m , nomen quoque urbis quæ caput regionis
 est. Bactri qui & Bactriani, populus loci illius: & decli-
 natu Bactra tantum pluraliter. AMICULVM, redi- Amiculū.
 miculū, vitta quam teniā vocant. ARISTOTELES,
 summus pliilosophus, Alexandri præceptor. PALPARI.
 R I, adulari, assentari. PRÆSTIGI O-S V S V I R , Præstigio-
 fascinato, versipellis. VERATRVM, helleborus sus vir.
 herba, qua melancholia purgatur, ac mentis sanitas Verattum.
 d. ii.

Lethe. conciliatur. **L E T H E**, flumen inferorum, quod per ignis stat, omnium rerum oblitus citur. **C L I T U S**, natus Alexandri filius, dux eius fidissimus, qui Alexandrum pugnantem ab istu letali sese obiiciens defendit. Sed tandem ab ebrio Alejandro quoddam liberatis patris Philippi res gestas extulisset, interemptus. **C A L L I S T U S**, philosophus Alexandrum in Indiam sequetus, & ab eo trucidatus nasum, manus, aures, more feræ in causa reclausus fuit, quod ipsum non adoraret, & adorantes barbaros irridiceret.

Menippi & Chironis.

M. P.

Q V I D E M inaudui **Chiron te deus**
E cum esses, tamen optasse mortem. C.
 Vera nimirum sunt ista quæ audisti
 Menippe, planèque mortuus sum, sicuti vides,
 quum mihi licuerit immortalem esse. M. At
 quænam te mortis cupido tenebat, rei yidelicit
 quam vulgus hominum horreat? C. Di-
 cam apud te, virum neutquam stultum atque
 imperitum. Iam mihi desierat esse iucundum
 immortalitate frui. M. Quid? an injucun-
 dum erat te viuere, lucemque tueri? C. Erat
 inquam Menippè: nam quod iucundum vo-
 cant, id ego neutquam simplex, sed varium
 quiddam esse arbitror. Verum quum ego sem-
 per viuerem, atque iisdem perpetuo rebus uti-
 rer, sole, luce, cibo, tum horæ eadem recurre-
 rent, reliqua item omnia, quæcunque contin-
 gunt in vita, reciproco quodam orbe redirent,
 atque aliis alia per vices succederent, satietas vi-

Clitus.
 Callisthe-
 nes.

delicet eorum me cepit. Neque enim in eo voluptas est sita, si perpetuo fruaris iisdem, sed omnino in permutando posita est. M. Probe loqueris Chiron. cæterum hæc quæ apud inferos agitur vita, quinam tibi procedit, postea quiam ad hanc tanquam ad potiorem te contulisti? C. Haud insuauiter Menippe: siquidem æqualitas ipsa quiddam habet admòdum populare: nihil autem interest, vtrum in luce quis agat, an in tenebris. Præterea neque sitiendum est nobis quemadmodum apud superos, neque esuriédu, sed eiusmodi rerum omnium gentia vacamus. M. Vide Chiron ne temet ipse inuoluas, néve eodem tibi recidat oratio.

C. Quiamobrem isthuc ais? M. Nempe si illud tibi fastidio fuit, quod in vita semper iisdem similibusque rebus vtendum erat, quum hic itidem similia sint omnia, eundem ad modum pariet fastidium: ac de integrō tibi querenda erit vitæ commutatio, atque hinc quopiam aliam in vitam demigrandum, id quod arbitror fieri non posse. C. Quid igitur faciendum Menippe? M. Illud nimirum uti sapiens quum sis, quemadmodum opinor, & vulgo prædicant, præsentibus rebus sis contentus, bonique consulas quod adest: neque quicquam in his esse putas quod ferri non queat.

Chiron.

C H I R O N, Cetaurus Saturni & Philyra filius, omnis sui temporis bonitate & iustitia superavit: argonautam cum quibus nauigauit, iudex & medicus. AEsculapius & Achillem medicinam docuit, qui & virtutes herbarum inuenit in monte Pelio. Cum hospitis Hercules sagittas hydræ sanguine tintas, quibus immania Cetaurorum corpora prostrauerat, admirabundus tractaret, vnam manibus delapsa, atque in pedem decidens, mirum cum afflixit: sed deorum miseratione post nouem dies in astra translatus est. **C U P I D O**, desyderium & cupiditas: alii quando deus amoris, Veneris filius. **T U E R I**, videre, Recurrere, conspicere. **R E C U R R E R E**, redire. **R E C I P R O C U**, Reciprocum. **C U M**, reflexum, repetitum. **O R B I S**, circulus, circulatio. **Orbis.** **S A T I E T A S**, saturitas. **Q U I N A M**, quomodo, Satietas. quo pacto. **P O T I O R**, melior. Persius, **Quinam.** **Q uis** potior iudex, puerisve quis aptior orbis? Potior. **E G E N T I A**, carētia. **T E M E T**, te ipsum. **F A S T I**, Egens. **D I V M**, nausea & quasi contemptus cum fastu. **D E -** Fastidium. **I N T E G R O**, rursum, iterum, ab initio. **D E M I G R A** - Deintegro. **R E**, mutare domicilium. **Demigrare.** Menippi & Cerberi. **M E**.

E V S Cerbere, quandoquidem mihi tecum cognatio quædam intercedit, quum & ipse sim canis, dic mihi per Stygiam paludem, quomodo sese habebat Socrates quum huc accederet? Verisimile est autem te, deus quum sis, non latrare modo, verum etiam humano more loqui si quando velis. **C.** Quum procul adhuc abesset Menippe, visus est constanti atque interrito adire vultu, perinde quasi mortem nihil omnino formidaret, ac tāquā hoc ipsum vellet iis qui pro-

cul à specus ingressu stabant ostendere: verū si-
mul atque despexit in hiatum, viditque pro-
fundum atque atrum antri recessum, simūlque
ego cunctantem etiam illū aconito mordens,
pede correptum detraherem, infantium ritu e-
iulabat, suosque deplorabat liberos, nihilque
non faciebat, in omnem speciem sese conuer-
tens. M. Nū igitur fucate sapiens erat ille, ne-
que verè mortem contemnebat? C. Haud ve-
rè: cæterum vbi vidit id esse necesse, audaciam
quandam præ se ferebat, quasi verò volens id
esset passurus, quod alioqui volenti nolenti ta-
men omnino fuerat ferendum, videlicet quo
spectatoribus esset miraculo. Evidem illud
in totum de viris istiūmodi verè possim di-
cere, Ad fauces usque specus intrepidi sunt ac
fortes: porro intus quācum sunt, nihil mollius
neque fractius. M. Cæterum ego quonam a-
nimo tibi visus sum subiisse specum? C. Vnus
mortalium Menippe, sic mihi visus est subire,
vt tuo dignum erat genere, & prior te Dioge-
nes, propterea quod neutquam adacti subieri-
tis, aut intrusi: verum tum vltronei, tum ride-
tes, atque omnibus plorare renuntiantes.

S T Y X, inferna dicitur palus per quā dii iurāt, neque Styx:
timore pœnæ audent peierare: priuabantur enim ad tem-
pus qui peierassent, divinitate; quod ei ideo concessum
sanguis poetæ, quia Victoria eius filia Loui aduersus gigā-
tes pugnati fauerit. S O C R A T E S, philosophus Athē- Socrates.
d.iii.

nienfis, & Apollinis iudicio sapientissimus. Hic plures
moralia docuit: tantèque in omni vita cōstantia, ut huius
lo tempore aut tristior, aut lætior visus sit: neque cum ci-

Formido. cutam moriturus biberet, quādum cum uxorem duceret.

Aconitum. FORMIDARE, metuere, timere. ACONITVM,

Liberi. venenum. LIBERI, filii ingenui. FVCAE, fidei,

Fucate. simulatè. TVO GENERE, tua sedta, tua professione.

Tuo gene- VLTRONEI, volentes, non coacti. Hieronymus in

re. quæstionibus Hebraicis, Tritum proverbum est, vltro-

Vltroncus. neas putere merces.

Hercules Galli-

C V S L V C I A N I,
Desyderio Erasmo Rot.interprete.

B R C V L E M Galli lingua gētis ver-
H acula Ogmium vocant. Porrò deum
ipsum noua quadam atque inusitata fi-
gura depingūt: decrepitus est apud illos, recal-
uaster: reliquis capillis, si qui reliqui sunt, planè
canis: cute rugosa, & in aterrimum exusta co-
lorem, cuiusmodi sunt nautæ isti senes. Cha-
rontem potius aut Iapetū quempiā ex his qui
apud inferos versantur, dices. In summa,
quiduis potius quam Herculem esse coniice-
res ex imagine. Atque tali specie quum sit, ta-
men Herculis ornatū gerit, vt qui tum leonis
exuuiū indutus sit, tū clauā dextra teneat, tum
pharetram humeris aptatam portet, tū arcum
tensem lœua prætēdat: denique modis omni-
bus Hercules est. Hæc equidem arbitrabar in
Græcanicorum deorum contumeliam perpe-
ram facere Gallos, quū eum eiusmodi finge-
rent effigie, quo nimirum illum talibus pictu-
ris vlcisceretur, quod olim in regionem ipso-
rum incursasset prædas agēs id temporis, quū

Geryonis armenta vestigans, Occidentalem gentium plerasque regiones peruestaret. At nondum etiam dixi, id quod erat in imagine maxime nouum atque mirandum: siquidem Hercules ille senex ingetem admodum hominum multitudinem trahit, omnibus ab auro reuictis: porro vincula, catenulae tenues auro electrove confectae, pulcherrimis istis monilibus adsimiles. At qui quum vinculis usque adeo fragilibus ducantur, tamen neque de fugiendo cogitant, cum alioqui commode possint: neque prorsus obnuntuntur, aut pedibus aduersus trahentem obtendunt, sese resupinantes: verum lacres ac laeti sequuntur, ducentem admirates, ultrò festinantes omnes, & laxatis funiculis etiam anteuertere studentes, perinde quasi graueriter laturi, si soluerentur vinculis. Ne illud quidem pigebit referre, quod mihi videbatur omnium absurdissimum: etenim quum non inueniret pictor unde catenularum summas ansas necteret, videlicet dextera iam clauam, laua arcum tenente, summam dei linguam perterebrauit, atque ex hac religatis catenulis eos trahi fecit. Ipse nimirum ad eos qui ducebantur, vultum & oculos conuertebat, arridens, Hæc ego quum diutius assistens essem contemplatus, admirans, hæsitans, indignans, Gallus qui spiam, qui proprius astabat, nostratum lite-

serum nō indoctus (id quod declarauit, quum Græcanicam linguam absolute sonaret). Philosopherus opinor ex eo genere Philosophorum, quod apud illos esse fertur. Ego tibi hospes, inquit, picturæ istius ænigma explicabo: nā videre vehementer ad eam attonitus ac stupefactus. Orationem nos Galli nequaquam arbitramur esse Mercurium, quemadmodū vos Græci; verum Herculi illam tribuimus, propterea quòd hic Mercurio longè robustior extiterit. Nam quòd senex fingitur, nihil est quod mirare: siquidem vna facundia consueuit in senecta deum absolutum vigorem ostendere, si modo verum vestri dicunt poetæ,
 Obduci iuuenum densa caligine pectus:
 Contra senectam posse quiddam dicere
 Rudi iuuenta melius ac præclarior.

Hinc videlicet apud vos & Nestoris lingua melle profluit, & Troianorum concionatores lirioessan edunt, videlicet floridā quandā yocem: nam litia (si satis commemmini) flores appellantur. Proinde quòd ab auribus vincitos ad linguam trahit senex hic Hercules, qui non aliud quam ipse est sermo, ne id quidem debes admirari, qui quidem non ignores linguae cum auribus esse cognationem. Neque verò ad cōtumeliam illius illud pertinet, quòd ea pertusa est: nam memini, inquit, & Iambi-

cos quosdā versiculos c' comœdiis apud nos
 discere,
 Siquidem viris loquacibus
 Extrema lingua perforata est omnibus.
 Quin de eodem hanc in summa habemus opī
 nionem: vt quicquid egit, id oratione faciūt
 diāque confecisse putemus, vt pote virū sapienti
 tem, ac persuadendo pleraque sibi subegisse.
 Iam tela illius nimirum rationes sunt acutæ,
 missiles, scitæ, atque animum sauciantes: vnde
 pennigera dicta vos quoque nominatis. Ha-
 ctenus Gallus. Ac mihi quidem quū huc me
 conferens mecū inter eundum perpenderem,
 num decorum iam esset, vt tam grandis natu-
 rā, quique iam pridem ab his doctrinæ certami-
 nibus memet abdicasset, rursum me tā mul-
 torum iudicū calculis exponerem iudicandū,
 in tempore subiit animū meū eius picturæ re-
 cordatio: nā antehac verebar, ne cui vestrū vi-
 derer hæc admodū pueriliter agere, qualsique
 præter ætatē iuuenari. Proinde ne quis Horne-
 ricus adolescentulus illud mihi impingeret di-
 cens, AEtas iam periit tua. Tum illud,
 Ac te corripuit cariosa senecta, minister
 Inualidusque tibi, & segnes tardique caballi:
 Videlicet eo scommate pedes meos notans.
 Verum quoties senex ille Hercules recurrit a-
 nimo, ad quiduis adducor vt faciā: neque me

pudet hæc audere, quum sim ipsi æqualis imaginis. Itaq; robur, celeritas, forma, & si qua sunt alia corporis bona, valeant: cùmque his tuus ô Teie vates, cupido, vbi me mento subcano videbit, auro rutilantibus alis, si videbitur, vel aquillas præteriulet: neque laborabit Hippoclydes, imò nunc vel maxime tempestiuū fuerit, facundia repubescere, florere, vigere, & quam licet plurimos ab auribus ducere, ac sæpius arcu ferire: quandoquidem periculum non est, nequando quis præter spem pharetrā inanem reperiatur. Vides quibus modis ætatem meam, meamque senectutem ipse consoler animemque, adeò ut non sim veritus nauim iam olim in terram subductam denuo reuellere, suisque instructam armis, medium in pelagus demittere. Contingant autem à vobis ô dii, afflatus secundi, quando nunc vel maxime præsente bono atque amico vento nobis est opus: quo si digni modo videbitur, in nos quoque dicat aliquis Homericum illud,
Quos profert senior pannis e' vilibus armos.

Eunuchus siue

P A M P H I L V S L V C I A N E,

Def. Erasmo Roterodamo inter-
prète.

N D E nobis aduenis Luciane, seū
v. quidnam rei rideas & Semper tu qui-
dem & alias consueuisti nobis hilaris
ac festiuus occurrere: verum isthuc magis ali-
quid solito videtur esse, de quo risum nec con-
pescere queas. L. E foro tibi adsum ô Pam-
phile: porro mox efficiam, vt tu quoque me-
cum rideas, simulatque audieris cuiusmodi li-
tis adfuerim actioni, duobus philosophis in-
ter sese contendentibus. P. Iam isthuc ipsum
profecto ridiculum est quod ais, philosophos
iuvicem lites agitare. Nam etiam siquid ma-
gni fuisset negotii, inter ipsos modeste cistræ-
que pugnam controversiam compositam o-
portuit. L. Quid ais? tranquille componant
illi, qui quidem solida plastra conuitiis onu-
sta, alter in alterum effuderint, vociferantes mi-
ráque peruicacia contendentes? P. Videlicet
de disciplinis atque opinionibus Luciane, ita
vt assolent, dissentiebant, quòd erant diuersæ
factionis. L. Nequaquam: imò aliud quid-

-dam erat hoc de quo dissidebat: nam eiusdem
 sectæ erant ambo, eiusdemq; scholæ, & tamen
 orta inter eos lis erat. Porro iudices qui cogno-
 scabant, primates erat huius Reipub. natumque
 maximæ ac sapientissimi: breuiter apud quos
 pudebat aliquis etiam parū apte quippiam elo-
 quutus, nedū ad tantam prouectus inuerecun-
 diam. P. Quin tu igitur litis argumentū ex-
 ponis, quo videlicet ipse etiam cognoscam,
 quæ res tibi tantum risum concitarit? L. Scis
 Pamphile salariū, idque neutquam exiguum
 ab imperatore fuisse constitutum singulis phi-
 losophorum generibus, puta Stoicis, Platonici-
 sis, Epicureis: cùmque his etiam Peripateticis:
 ita ut vnicuique sectæ præmium esset æqua-
 le. Cæterum demortuo ex his quopiam, aliis
 aliquis in eius locum subrogandus est, qui
 sit optimatum calculis probatus. Porro præ-
 miū illud, neque bubula pellis erat quæpiam,
 quemadmodum ait Poeta, nec porcellus: ve-
 rum singulos in annos decies mille nūmūm,
 quos accipiunt, vti doceant iuuentutem. P.
 Memini quidem ista. Quin aiunt nuper ex
 illis diem obiisse quempiam: alterum (ni fal-
 lor) e Peripateticis. L V C. Hæc ipsa Pam-
 phile Helena: propter quam illi inter se singu-
 lari certamine cōflictabāt. Et hactenus qui-
 dem nihil etiam ridendum erat in illis præter

hoc, quod quum philosophos esse se profanarentur, ac pecunias pro nihilo ducere: tamē garū gratia perinde atq; pro patria in disertacione adducta pro religione maiorū, pro monachis progenitorum decertarent. P. Atqui Peripateticorum istud est decretū, non admodum esse negligendas pecunias: verum eas in tertio quodam bonorum ordine esse ponendas. L. Recte dicis: nam ita quidem aiunt. Proinde bellum hoc ex maiorū iudicio, sententiāq; illis extitit: verum quā postea consequuta fuit, iam auctorita. Primū complures quidem alii in defuncto illius funebris ludis decertabant: sed inter hos præcipue duo viribus pares, puta Diocles ille senex (nosti quem dicam), contentiousum illū inquam præterea Bagoas, qui quidē ea specie est, ut eunuchus esse videatur. Inter hos initio de doctrina, deque philosophiæ decretis atq; opinionibus est decertatū: & uterque sui specimen ac documētum dedit, quod esset Aristotelicæ factionis, quodque eius placita sequeretur ostēdit. At per Iouē in hoc certamine neuter altero superior erat. Lis igitur hoc deflexit denique. Diocles definitē iam eruditioñis suæ periculū ac specimen ostendere, ad Bagoam descendit, ac vitā illius in primis capere est aggressus. Bagoas itidē huius vitā vicissim taxabat. P. Idque merito Luciane. Si-

quidem eius rei magis erat habēda ratio. Proinde si ego fortè iudex causæ sedissem, magis in hoc, vt mihi videtur, futurus eram occupatus; potiusq; spectassem, vter morib' esset præstantior, q; vter ad disputandū ac dicendū prōpterior; atq; illi potius q; huic victoriā adiudicassem. L. Recte dicis. Evidem isti tuæ sententiæ meum & ipse calculū addo. Verū vbi iam conuiuis, vbi maledictis essent satiati, tandem Diocles illud aiebat nefas esse, vel conari aut proponere Bagoam, vti cum philosophiæ studio, cùmque pulcherrimis illius præmiis commerciū haberet, qui quidē eunuchus esset: imo hoc hominū genus, nō solū ab eiusmodi contubernio secludi oportere, verū ab ipsis etiā sacris, ac vasis puris, breuiter ab omnibus publicis vœtibus ciici: ostendēs inauspicatū quoddā & cœcursu infastū spectaculū fore, si quis manū domo egressus, vel videat istiusmodi quippiā. Atque hac de re multis verbis disserebat, affirmans eunuchū neque virū esse, neque mulierē, sed quiddā vtrinq; compositū & conflatum, planēque monstrū ab hominū natura specieque alienū. P. Nouā accusandi rationē nobis narras Luciane. iamq; & ipse ridere cōpellor, crimen audiens tā inauditū. Sed alter ille quid? num obticebat? an vicissim & ipse quiddā ausus est ad ista respōdere? L. Initio

quidem pudore ac metu (nam id est istis ~~sumis~~
haré) diutius obticebat, erubescens interim, pa-
lāmque præ se ferens id quod erat. Tandem au-
tem tenuem quandam ac muliebrem edens vo-
cēm, negabat æquum facere Dioclem, qui se
quòd eunuchus esset, ob id à philosophia sedu-
deret, cum qua fœminis etiam esset commer-
ciū. Allegabatur Aspasia, Diotima, Thargelia,
quæ causam illius adiuuabant. Præterea Aca-
demicus quidam eunuchus natione Gallus,
qui paulò ante nostram ætatem maximi no-
minis apud Græcos floruisse. Porro Diocles
etia illū ipsum, siquidem extaret, ac simili ne-
gotio sese misceret, prohibitum sese respon-
dit, nihil expauefactū opinione, quā apud vul-
gus obtinebat. Adhac cū ipse quædā dictoria
in illū iaciebat, tū referebat in cū, quæ à Sto-
cis maximèque Cynicis dicta ad risum cōcīs
tandū erat idonea, de corpore mūtilo atq; im-
perfecto. Hac in re iudicū cognitio versaba-
tur. Deniq; totū causæ iā illud caput esse con-
pit, Nū eunuchus idoneus esset cēsendus, qui
ad philosophiā admitteretur, quīq; iuueniibus
præfici postularet, quū alter interim formā crū
ac corporis integritatē, in philosopho requiri-
dam esse diceret: maxime verò vti barbam al-
tam ac promissam gerat, quo videlicet iis, qui
discendi cupidi adueniret, vir grauis appareat,

& is cui fides haberi debeat, neq; indignus videatur decim illis drachmarum milibus, quæ forent ab Imperatore capienda. Cæterū eunuchorū conditionē etiā quām spadonū esse vi- liorem. Nā illos aliquādo virile quiddā exper- tos fuisse: at hūc ab ipso statim ortu fuisse ex- cōtū, planēque animal esse quoddā, varium atque anceps, non aliter quām cornices, quæ neque inter columbas, neque inter cortios nū- merari queant. Alter contrā responderet eo iu- dicio nō de corporis agi figura, verū de ani- mi virtute, proinde mentis qualitatem expēdi oporteret, déq; dogmatum cognitione quære- dum esse. Eius rei testis citatus Aristoteles, qui quidem Ermeam eunuchum Atarne oriundū tyranum supra modum sit admiratus, adeò vt illi perinde atq; Diis sacra fecerit. A usus est & illud addere Bagoas, multo magis idoneū esse eunuchum, cui adolescētes erudiendi credan- tur, quod ab hoc nulla in illos calumnia possit hætere, neq; Socraticum illud crimen in hūc cōpetat, quod adolescentulos corrumpat. De- inde quæ ille potissimum in mētum imberbe fuerat cauillatus, ea hic facete, vt ipsi quidem videbatur, reiecit. Etenim si ē barbæ prolixita- te, inquit, philosophos æstimare cōuenit, nimi- rum hinc ante omnes primas tenebit. Hic ter- tias quidā assistens (nomē hominis silebitur)

Atqui iudices, inquit, hic malis lœuibus, ac formineâ voce, reliquóq; corporis habitu, euancho ad similis, si quis vester detrahatur, egregie vir esse videbitur. Alioqui mentiuntur qui serunt eum aliquando in adulterio deprehesum, membra in membris, ut legū tabule loquantur, habentē, atque id quidem temporis ad eunuchū configuisse, cāque reperta latibra absolutum fuisse, quū iudicibus crimen persuaderi non posset, ut qui ē specie hominem, iudicaret eunuchum. At nunc mihi palnodiā canticus videtur, idque propter ostentatum præmium. Næc cū diceretur, omnibus, ut par erat, risus est obortus. Porro Bagoas magis etiam perturbabatur, omnem in specie se variās, atque in innumerabiles versus colores, tū frigido sudore fluēs, ac neq; decorū sibi existimatbat adulterii crimen agnoscere, neque rursum eam accusationem inutile ad præsens certamē arbitrabatur. P. Profecto deridicula sunt ista Luciane, neque vulgarem vobis, vtī conjectandum est, voluptatem præbuerūt. Verum quo tandem res euasit? Et quid super his pronuntiarūt iudices? L. Nō erat eadē omnium sententia. Verū aliis quidem visum est, vtī nudato illo, quēadmodū in emptitiis servis fieri consuevit, inspicerent, num in iis quæ ad pñem pertinent, philosophari posset. Alii vero

sententiam dixere multo magis etiā hac ridicula-
 lam: nēmpe vt accersitis ē lustro mulieribus a-
 liquot iuberēt illū cū illis congregari, ac viri of-
 ficio fungit, astante interim ē iudicibus quo-
 piā, qui quidem esset natu maximus fidēque
 spectatissima, qui inspiceret, num philosophū
 præstaret. Hæc vbi omniū risu fuissent exce-
 pta, neque quisquam omnino adesset, cui non
 doleret alius risu concussus, visum est vt inte-
 gra causa in Italiam reiiceretur. At nunc alter,
 vt aiunt, ad eloquentiæ ostentationem semet
 exercet, atque instruit, & accusationem quām
 elaboratissimam meditatur, adulterii crimen
 aggrediens, id quod ipsi maxime aduersatur.
 Quod quidem & hic facit, iuxta malorū rhe-
 torum morem, cum ex ipso crimine aduersa-
 riū inter viros recenset. Cōtra Bagoas diuer-
 sa cura, quemadmodū audio, & assidue virum
 agit, negotiūque præ manibus habet. Postre-
 mo victurū sese sperat, si modo docere possit,
 se nihil deteriorem esse equas ineuntibus a-
 finis. Id enim amicē visum est optimū philo-
 sophiæ documentū, atque vna demonstratio
 quæ refelli non queat. Proinde optarim, vt fi-
 lius qui mihi est adhuc admodum adolescēs,
 non animum & linguam, sed penem haberet
 ad philosophiam idoneum.

Lucianus de fa-

CRIFICIIS, D E S. ERA
smo Roterod.interprete.

N I M V E R O si quis recensere vult,
E quæ stultissimi mortales facit in fa-
cris, in festis diebus, in aedulis salu-
tandisque diis, tum quas res ab illis petat, quæ
vota faciant, cuiusmodi sint quæ de illis sen-
tiunt statuuntque : equidem haud scio, sítne
quisquam animo curis ita cōfecto, vsque adeo
mœsto, quin risurus sit, ubi perpenderit nego-
tii tum absurditatem, tum amentiam. At mul-
to ante quām ridere incipiat, opinor secum il-
lud expendet, utrum pios istos appellari cōuer-
niat, an contrà diis inimicos, atque infelices,
ac genios malos, qui quidem numen ipsum
rem vsque adeo humilem atque abiectam exi-
stimat esse, ut hūmanis egeat obsequiis, utque
adulatione capiatur ac gaudeat, rursum ut sto-
machetur, atque iracundè ferat, si negligatur.
Nā AEtolica illa mala, simulque Calydonio-
rum calamitates, totque hominum cædes, ad
hæc & Meleagri interitum, hæc omnia à Dia-
na authore profecta esse prædicant, quæ vide-
licet grauiter ferret, quòd ab Oeneo non esset

ad sacrificium adhibita: vsque adeo nimis
alte dolor hic animo illius insederat, quod sa-
cris epulis esset frustrata. Quin illa iam mihi
videre videor, ut erat id temporis in caelo solita-
ria, reliquis diis ad Oenei coniuicium profectis
foras, miseris modis gerente se, ac miserabi-
liter eiulantem, qd ab eiusmodi festo esset abfutu-
ra. Ctrà AEthiopes illos fortunatos, ac mul-
tis modis fœlices quis dixerit, si modo Iupi-
ter illis gratia referret pro humanitate, quā in
inceo poematis Homerici in ipsum exhibue-
rat, duodecim perpetuos dies epulis acceptū,
idq; quū reliquis etiā diis comitatus ad coni-
uiū veniret? Vsque adeo nihil ut appareat, quic-
quid faciunt illi, gratis faciunt, verum sua bo-
na vendūt mortalibus, atq; emere quidē ab il-
lis licet omnia, puta bonā valetudinē bucūla,
diuitias bobus quatuor, tum regnū bobus cen-
tum. Præterea sospitē ab Troia in Pylū redditū
tauris nouem. Iam ex Aulide ad Ilium trans-
mittēdi facultatē regia puella. Nam aliis qui-
dam, ne id temporis vrbs caperetur à Miner-
ua mercat⁹ est bobus duodecim, ac peplo. Ve-
risimile est autem esse præterea quædam, quæ
vel gallo, vel corolla, vel solo thure ab illis re-
dimi queant. Hæc igitur quum non ignorar-
et, opinor, Chryses ille, vt pote tum sacerdos,
tum senex, diuinarumque rerum egregie pe-

ritus, posteaquam re infecta redisset ab Aegaeo
memnone, tanquam qui pridem Apollini anno
tuum dedisset beneficiū, ita nunc imputat ac
reposit vicem, quin conuiuitur etiam prope-
modum, nempe quum sic ait, Evidem Apol-
lo egregie, templum tuum, quum id temporis
adhuc esset incoronatum, s̄pēnumero coro-
nis ornaui, deinde tam multas tibi in aris ado-
leui coxas taurorum, pariter atque caprarum.
At tum contrā me negligis, quum huiusmo-
di patiar iniurias, proque nihilo ducis homi-
nem bene de te meritū. Qua quidem orati-
ne intantum ille pudefactus est, vt protinus
arrepto arcu, ac supra nauium stationem se-
collocans, pessem in Græcorum copias iacu-
laretur, ne mulis quidem & canibus intactis.
Sed quoniam de Apolline incidit mentio, re-
feram de eodem & alia, quæ de illo sapientes
isti tradunt, nō illa quidem quoties quam in-
feliciter amarit, nō Hyacinthi cædem, neque
Daphnes superbiam, verum quemadmodum
damnatus etiam fuerit, & ob Cyclopes interfic-
ctos in exilium exactus. Vnde factū, vt ē cælo
in terrā demitteretur, humana iam forte ysu-
rus, nostrisq; malis factus obnoxius. Præterea
autē quemadmodū in Thessalia mercenariam
operam suam locarit apud Admetū, tum item
in Phrygia apud Laomedontem, atque apud

Impē quidē haud solus, verūm cum Neptuno,
 qui ambo propter egestatē lateres cōponerēt,
 īque cōstruendis mōenibus operā p̄staret.
 Ac nō intercedē quidem solidam à Phryge illo
 aderūt, verūm debebat illis adhuc de summa,
 vt ferūt, pl⁹ triginta drachmas Troiani nomis
 spatis. Quid enim? An non hæc in dcorū ho-
 norem fabulātur poetæ? Atque his etiam mul-
 tò diuiniora de Neptuno, de Prometheus, de Sa-
 turno, de Rhea, denique de vniuersa fermē Io-
 uis familia, idque inuocatis, vt adsint canenti-
 bus in exordio poematū, Musis, à quibus tādē
 velut afflati numine (id quod apparet) huius-
 modi quædā cantāt, Quemadmodū Saturnus
 vt primum Cælum patrē suum execuisset, ipse
 in eo regnauerit, deinde liberos suos deuorarit,
 sicuti ferūt fēcisse & Argium illum Thyestē.
 Deinde quēadmodū Iuppiter furtim occultat⁹
 à Rhea, saxum pueri loco subiiciente, in Cretā
 sit ablegatus, atque inibi à capella nutrice sit a-
 litus: itidem videlicet, vt Telephus à cerua, Cy-
 rus Persa (is qui prior regnauit) à cane narratur
 enutritus. Postea quēadmodum expulso patre,
 atque in vincula coniecto, ipse potitus sit im-
 perio. Duxerat autē uxores cōplures quidem
 alias: sed postremo loco Iunone germanā, id-
 que iuxta Persarū & Assyriorū institutū. Tum
 autem quod esset in amore prop̄esus, atque in

Venerē effusus, facile cælū liberis ~~explicavit~~ quorum
alios ex suz sortis deabus creaturis, contra
nothos ex mortali, terrestrique genere
sustulerit. Quū interim generosus ille, nunc in
aurū, nunc in taurū, nunc in cygnū aut aquilā
verteretur: ac in summa plures sibi formas affu
meret, quam vel Proteus ipse. Porro Minerva
è suo ipsius capite progenuit, hanc plane sub ip
sa cerebro complexus. Nā Bacchum imperfe
ctum adhuc (vt aiunt) è matre etiamnum con
flagrāte surreptum, in suum femur illatum de
fodit. Deinde vrgente partu, execuit. Nec his
dissimilia de Iunone etiam canunt: nempe hāc
crita virilem congressum, subuentaneo conce
ptu grauidam puerum edidisse Vulcanum: at
que eum quidem nō admodum fortunatum,
verū excusorem ac fabrum ætrarium: qui
que perpetuo tum in igni tum in fumo verse
tur, ac scintillis oppletum: quippe cuius ars in
fornacibus exerceatur. Tum autem ne pedibus
quidem integris: claudicare enim è ruina, quā
à loue præceps datus esset è cælo. Quod ni
Lemnii pro sua bonitate eum, dum adhuc fer
retur in aere, suscepissent, perierat nobis Vul
canus, non aliter quam Alcyonax è turri deie
ctus. Quanquam quæ de Vulcano narrant, to
leranda videātur. Cæterum de Prometheus, cui
nō cognitum est, quam atrocia sit passus, pro

ptera quod supra modum humanæ gentis amas fuerit. Siquidem hunc Iuppiter in Scythia deportatum, super Caucasum mortem cruci suffixit: exhibita illi aquila, quæ iecur illius assidue circumrodere. Hic itaque poenas pendit. Porro Rhea (nam sunt haec quoque simul refrenda) an non indecorum atque indigne facit: iam anus, quum sit, & ætate exacta, usque rebus intempestiis: deinde tam multorum mater deorum, dum pueros adhuc adamat, eosque zelotypia prosequitur: dumque Atten ipsum leonibus secum circunuectat, præsertim quum iam utilis esse non queat? Itaque quinam post hac vitio vertat aliquis, vel Veneri quod adulteretur, vel Dianæ quod ad Endymionem frequenter medio est cursu diuertens descendat? Sed age missas faciamus has fabulas: atque ipsa cælum conscendamus, poetico illo more subuolantes: ea nimirum via, quam unam patiter cum Homero Hesiodus monstrat, contemplaturi quem in modum singula apud illos sint ordinata. Ac primum quidem quod forinsecus sit ferreum: vel ab Homero, qui id ante nostram ætatem dixit, audiuimus. Quod si superas, ac sublatu paulum capite sursum aspexeris, ac planè in ipsum quasi dorsum peruenieris: ibi simul & lumen apparet candidius, & serenior sol, & astra fulgentiora, nihilque usquæ oculis

occurrit nisi clarus dies, ac solum vndeque
reum. Cæterū introgrediēti, primo loco mā-
tant Horz: quippe quæ portas seruant. Post eas
Iris ac Mercurius: vt pote ministri Louis & in-
ternuntii. Deinde Vulcani fabrilis officina, o-
mnigena referta artificio. Postea dcorū aedes,
ac Louis ipsius regia: quæ quidem omnia Vul-
canus pulcherrime fabricatus sit. At vero dii
iuxta Louem assidētes (conuenit enīm opinor,
vt in supernis illis sedibus magno strepitu, fa-
stūque viuatur) in terrā despiciunt: & quoquo
versum intento capite, circunspectāt, sicunde
subuolantem ignem videāt, aut nidore in aera
surgentē, circāque fumum rotantē sese. Quod
siquis forte' sacrum faciat, epulātur omnes fu-
mo inhiantes ac muscarum in more sanguinē
exugentes circū aras effusum. Alioqui si domi
cibū capiāt, nectare atq; ambrosia vicitant. Nā
olim homines etiā ab illis in cōuiuiū sunt ad-
hibiti, vñāque cū eis potarunt: nempe Ixion ac
Táthalus. Vérūm illi quoniā vim & raptum pa-
rarēt, essēntque fuitiles & garruli: ob id in hunc
quoque diē poenas luūt. porrò reliquo morta-
lium generi cælum iā inaccessum est, atq; oc-
cultum. Et in hunc quidē modū viuitur à diis.
Proinde videlicet & iā mortales ipsi in colēdis
illis cōsimilia quædā, atq; istis cōsentanea mo-
liuntur. Nā primum lucos illis attribuerunt, tū

& montes dicarunt, præterea aues consecrarūt, deinde suā cuique arbore affinarūt. His factis per regiones illos distributos colunt, eosq; velut in ciuitatē suā receptant: nēpe Apollinem Delphi Deliique, Mineruam Athenicenses, quæ quidē Græcis Athena dicta, vel ipso vocabulo se ei reip. familiarē esse testatur. Argui Junonē, Mygdonii Rheam, Venerē Paphii. Rursum autē Cretenses Iouem affirmant, nō modo vixisse apud sese, nutritumque fuisse: verumetia sepulchrum illius ostēdunt. At nos scilicet intem tā multis iam seculis fallimur: qui quidē opinemur Iouem tonare, pluere, reliquaque omnia peragere. Et illud nos latuit, eum iā olim fuisse defunctum, & apud Creteses sepultum. Deinde verò phanis in honorē illorum erectis, ne teatis videlicet aut penatibus careat, formas illorum exprimunt, exhibito ad id vel Praxitele, vel Polycleto, vel Phidia. At hi quidē artifices, haud scio vbinā visam, eorum effigiem representat. Ac Iouem quidē barbatum fingūt: Apollinē verò semper puerum: Mercurium iā pubescentē, primāque ducētem lanuginem: Neptunum nigro capillitio: cæsiis oculis Mineruam. Attamen qui templa ingrediuntur, nō iā arbitrantur sese videre vel ebur ab Indis adiectum, vel è Thracum venis effossum aurū: verū ipsum Saturni Rheæque filiū: à Phidia

in terram hospitem adductum, iussumque
sanorum in solitudine custodem ac specula-
torem assistere: idque hoc cōtentum p̄mio,
bonique consulentem, si intra quinque perpe-
tuos annos dum Olympia celebrātur; interim
obiter illi sacrificet aliquis. Tum autem con-
stitutis aris, designatis sacrorum septis, puris
vasis collocatis, victimas offerunt: bouem ara-
torem agricola, agnum opilio, capram capri-
rius. Est qui thus, est qui placentulam offerat.
At si quis pauper: is ita Deo litat, ut dexteram
duntaxat suam ipsius exosculatetur. Iam vero
quum immolant(nam ad illos redeo) primum
sertis coronant pecudem, multoque ante ex-
plorant num legitima sit & sacris idonea: ne
quid forte mactent ex his, quæ religio repu-
diat: deinde ad aram applicant, ac sub oculis
dei iugulant, flebile quiddam emugientem, be-
neque sicuti licet coniicere, ominatum: deni-
que voce iam leuiore ad sacri tibias respon-
dentem. Quis vero non facile coniectet gau-
dere deos quum ista spectant? Quin & in fron-
tispicio posita scriptura denuntiat, ne quis in-
tra pura vasa consistat, qui manibus sit impu-
ris. Atqui sacrificus ipse sanguine foedatus, ne-
que aliter quam Cyclops ille pecudem incidit,
intestina educit, cor reuellit, cruentum aræ cir-
cunfundit. Et quid tandem non obiens per-

agensque quod ad pietatem, sacrorumque rituum pertineat: Post omnia demum incenso igni, capram ipsa pariter cum pelle deportatam imponit: ipsam item cum lanis ouem. Nidore interiore ille sacer atque diuinus sursum fertur, seque in ipsum usque cælum subiectus paulatim diffunditur. Iam vero Scythæ reliquis omnibus hostiis omissis (ut quas viles atque humiles existimant) ipsos homines madant Arctonidi, atque eo ritu deam placant. Verum hæc fortassis modesta videantur: cumque his ea que facitant Assyrii, quæ Phryges, quæ Lydi. Verum si in AEGyptū proficiscari: ibi demum, ibi videbis permulta religiosa, planèque ex quo digna: puta Iouem arietino vultu: Mercarium illum optimum facie canina: Panem vero rotum hircum. Adhæc alium Ibim, aliū Crocodilum, alium etiam Simiā. Quod si his quoque de rebus, quo planè pernosse queas, didicisse libebit: complures sophistas audies, tum scribas, ac prophetas, mento raso, qui tibi narrant (Sed prius, ut dici solet, Fores occlude prophane) quemadmodum videlicet quoddam ea seditione territi, quam mouerant hostes atque gigantes, in AEGyptum deuenerint: ut illic in posterum tuti ab hostibus latitarēt. Et ob eam causam aliis hircum induerit, alius arietem, nimirū præ formidine, alius feram, alius

auem. Atque hinc esse, ut dii nunc etiam p^{ro}p^{ri}e
tineant formas, quas id temporis assumptione.
Nam hæc diligenter mandata literis, idque ag-
te annos plus decies mille in adytis illorum impo-
sita seruantur. Porro sacrorum peragendorum
idem fermè apud illos ritus, nisi quod hostiam
luctu prosequuntur: iamque mactatæ circuunt,
si membra laniant. Sunt qui sepeliant duntas,
postea quam occiderint. Nā Apis ille, qui quin-
de deus apud illos est maximus, siquando mo-
riatur, quis vsque adeo magni faciat cæsariem
suam, qui non eam detondeat, ac nudo capite
luctum p^{re} se ferat, etiam si vel purplea. Nisi
comam habuerit? Est autem hic Apis deus ex
armento iam antea suffragiis designatus: ut po-
te multò formosior ac venerabilior reliquis il-
lis priuatis, & gregariis bubus. Hæc igitur quæ
sic habeant, & tamen à vulgo vera, seriisque cre-
dantur: mihi quidem postulare videntur, non
qui reprehendat, sed vel Heraclitum potius alii-
quam, vel Democritum: quorum hic amictu
corum rideat, ille deploret inscitiam.

• R A S H V S R O T E R O D A M V S I O H A N N I E V -
T Y C B I O S V O S . D .

VANQVAM hic Luciani dialogus Eutychi
 doctissime, plurimum habeat artis, ob decorū
 mire seruatum in personis tam multis, tamque
 diversis: tamen aliquet repperi, qui dicerent esse premē-
 dum, quodd liberius, aut velut ἐξ ἀμέρης philosophorum
 omne genus laceret. At mihi videtur iustius esse stoma-
 chandam in huius seculitmore, quo videmus philosophorum
 ac theologorum scholas multo puerilius etiam
 inter se dissidere: nec minus atrociter digladiari, tum in-
 ter religionis professores nihilominus cruentam esse pu-
 gnam, quam in eo conuiuio fuisse Lucianus vel finxit,
 vel retulit. Hunc igitur libellum, quoniam forte ἀ-
 ποτε repperi, & tamen patrono videbatur egere, Euty-
 chio dicavi. Bene vale, καὶ ἀπίχε, ut plane sis quod dice-
 ris. Antwerpiae.

A N . M . D . X V I I .

Luciani cōuiuū

SE V L A P I T H A E,

Des. Erasmo Roterodamo interprete.

P H I L O N, L U C I A N U S.

O V A M quandam & variam disputationem Luciane vobis fuisse narrant, super cœnam apud Aristænetum: tum philosophicos quosdā sermones dictos, ac super his summā cōtentionē exortā fuisse: quod: ni mēitus est Charinus, etiā ad vulnera vsque rem processisse: denique sanguine cōflictū fuisse direptū. L. Atqui vndenā Philon ista resciuit Charinus? neque enim is nobiscū aderat in cōuiuio. P. E Dionico medico aiebat audisse se. Porrò Dionicus etiam ipse ē cōuiuarū numero fuit opinor. L. Fuit maximē. Verūm nē is quidē ab initio rebus omnibus fuit præsens: sed serius aduenerat, media fermē pugna, pauloque ante vulnera. Proinde demiror, siquid comperti, certive referre potuit, qui nō ordine spectarit illa, vnde inter illos nata lis, postea ad sanguinē vsq; deducta est. P. Proinde Luciane Charinus etiā ipse, si rem cōper-

eius velle cognoscere, & quo singula modo sint
gesta doceri, te adirem iussit. Nam Dionicum
etiam ipsum fassum fuisse, ne se quidem to-
ti negotio præsentem adfuisse: Te verò quic-
quid esset actum, id omne comperto certó-
que scire: tum etiam quæ dicta inter illos fue-
rint, meminisse: quippe qui eiusmodi nō ob-
iter neque neglectim audire, sed per otium at-
que attente auscultari sis solitus. Proinde nun-
quam effugies, quia nos hoc suauissimo acci-
pias epulo: quo mihi quidē haud scio, an vllū
possit accidere iucūdī: præsertim quod sobrii
per otium tuto ac citra sanguinē, extrāque teli
(quod aiunt) iactū constituti sumus, epulaturi:
Sive senes aliquid

Super cœnam sunt debacchati,

Sive etiam iuuenies

à mero compulsi sunt, quæ neutquam fas erat
tum dicere, tum facere. L. Iuuenilius tu qui-
dem Philon, atque inconsultius hæc nos iubes
in vulgus efferre, eaque referre, quæ inter po-
cula ab ebriis sunt acta: quum hæc magis opor-
teat obliuioni tradere, eaque omnia Baccho
deo velut authori imputare: qui quidem haud
scio, an quenquam suis non afflatum Orgiis,
& Bacchanalium expertem præterierit. Proin-
de vide ne hominis sit parū bene morati, cius-
modi adamussim exquirere, quæ rectius erat

in cōuiuio reliquise, atque ita discedere. Si qui
dēm odi (sicut inquit versus poeticus) mem-
rem cōpotorem. Ne à Dionico quidē recte fa-
ctū: qui hæc apud Carinū effutuerit, immo-
dicāmque & pridianā dissiparit temulentiā ho-
minū philosophorum. Cæterum ego, absit ut
istiusmodi quippiam sim dicturus. P. Nugas
agis Luciane, quum ista dicis. Quin haudqua-
quā oportebat ad istū modum apud me p̄f-
fertim agere: ut qui certò sciam, te multo cupi-
diorem esse nartandi, quām ego sim audiendis;
adeò ut mihi videaris, si desint qui te audiant;
vel ad columnam aliquam, aut statuam liben-
ter accessur⁹, quo cūcta pariter euomas. Quqd
si nunc coner discedere, nō sines, ni te prius ad-
diero, abire: verum vltro aderis, consectabere;
rogabis: at tum ego te vicissim lusero. Iam
que adeò, si ita vis, abimus: ex alio quopiam.
hæc eadem audituri. Tu vero ne dicitō. II.
Age nequid succēreas, equidem dicām, quan-
doquidem vsque adeo cupidus es audiēdi: verū
heus ea lege, ne passim in vulgus efferas. P.
Ni prorsus ignoro Lucianum, tute istuc poti⁹
feceris. Nam prior ipse denarrabis omnibus, vt
me quidē ad id nihil futurū sit opus. Sed illud
mihi primo respōde loco: Aristænetus, nūm fi-
lio Zenoni dabat vxorem, atque ita in nuptiis
eius vos accepit? L. Non: imò filiam suā elo-

damit Cleantidem, idque Eucriti nūmularii filio qui philosophiæ dat operam. P. Formoso admodū per Louem adolescentulo: tametsi tenero adhuc & vxoriae rei nō admodum matu-
ro. L. Verū: at non inueniebat, opinor, alterū generum magis idoneum. Hūc igitur qui tum modestus videretur, tum ad philosophiæ stu-
diorum propēsus, præterea autem vnicus Eucriti diuitis, ex omnibus delegit filiæ suæ maritum.

P. Gaussam nequitam leuem dixisti, nempe quia diues sit Eucritus. Verum heus Luciane, quia erant coniuiae? L. Reliquos illos quorum attinuerit tibi recensere? Verum è philo-
phorum numero, ac literatorum, quos potissi-
mum opinor, audire cupis, Zenothemis erat,
Senex ille Stoicus: vnaque cum hoc Diphilus,
cui cognomen Labyrinthus: & hic quidem
quod esset Zenoni Aristæneti filio præceptor.
Deinde Peripateticæ factionis Cleodemus: no-
sti hominem, nempe dicacem illum & argu-
tum, atque ad refellendū instructum. Discipu-
li gladium ac bipennem nominant, Quin &
Hermon aderat Epicureus. Verū hūc quum
ingrederetur, Stoici toruis obtuebantur oculis,
& auersabantur, palāmque perinde quasi parri-
cidam quæmpiam atque impium ac funestum
detestabantur. Et hi quidem tanquam Aristæ-
neti ipsius amici, familiarésque fuerant ad cœ-
f. iii.

nam vocati, quos comitabatur & Istius grammaticus, & Dionysodorus rhetor. Iá vero propter sponsum Cheream vñā cū illo ad coniuiū accesserant, Ion ille Platonicus: quod istius ueni praeceptor esset, vir veneradus aspectu, maiestatis quiddam præ se ferens, multumque dignitatis ipso ostendens ore: vnde nonnulli propter animi constantiam ac rectitudinem, regiam illum appellat. Huic simul ut ingrediebatur a surgabant omnes, ac veluti precipuum quendam ac primarium hominē comiter atque officiose exceperunt: adeò ut plane nūc aliquod aduenire videretur, quū adesset Ion admirandus ille. Tandem vero, quum iam omnes ferme coniuix præfentes essent, tēpus erat ut discumberetur. Itaque ad dextram ingressus, totam illam spondam mulieres (erant autem complures) occupabant. Inter quas erat & sponsa summo studio culta, hinc atq; hinc stipata feminis. Porro ex aduerso ostii altera turba, prœ cuiusq; dignitate locis distributis. Porro è regione mulierū primo loco accubebat Euctitus, secundo Aristænetus. Sub hæc ambigi oportum, utrum altero priorem oporteret accubere, Zenothemimne Stoicum, quippe senem, an Hermonem Epicureum. Nam hic erat Castoris ac Pollucis sacerdos, tum autem nobilissimus inter ciues familiæ. Verum eam hæsitatio-

nem sustulit Zenothemis. Si me, inquiēs, Aristænete, minoris ducis Hermone, viro videlicet isto, ut nequid aliud mali dicā, Epicureo, discedo, totumque cōuiuum vobis relinquō. Et puerum protinus aduocat, discedere parās. Tum Hermon, Imò habeto, inquit, tibi prioris partes Zenothemi. Quáquam etiam si nihil aliud, vel hoc nomine par erat concedi, quod fæcerdos sim, ut planè contēnas Epicurum. Rideo, inquit Zenothemis, sacerdotē Epicureū. Similq[ue] cum dicto accumbebat, post hunc tamen Hermon. deinde Cleodemus Peripateticus. pone hunc Ion. proxime hunc sponsus. post eum ego. iuxta me Dephilus. huic assidebat Zenon discipulus. Postremo rhetor Dionysodorus cum Isto grammatico. P. Papæ Luciane misarum conuentum quendam mihi narras fuisse istud cōuiuum: quippe plurimi sapientibus ac doctis viris refertum. Egō vero laudo Aristænetum, qui quum optatissimam illam ac splendidissimam solennitatem celebraret, præ cæteris sapietissimos viros adhibere voluerit: idque adeo delectis ex una quaque philosophiæ secta præcipuis, non hos aduocans, illos præteriens: verum promiscue vocans omnes. L. Is vero nequaquam est ē vulgariū istorū diuitū numero, verum & literarū est studiosus, ac maximā vitæ partē in his

rebus versatur. Cœnabamus igitur iniſtib⁹
dem taciti & quieti, variusque erat apparatus
omniugus. Neque enim arbitror operæ patrum
tum vt numero recensam etiam illa condicō
menta, cupedias, aromata, atque id genus illicet
etamenta. Cuncta siquidem affatim suppedita-
bant. Inter hæc Cleodemus admoto ad Ioniā
aurem ore, Non vides, inquit, senem illum? Zei-
no themim dicebat, subauſcultabam enim: ut
ſeſe obſoniis ingurgitat, útque iure vestem ap-
pleuit: tum quā multa puero à tergo ſtatim pot-
rigit, putans interim ſe aliorum oculos fallere,
neque meminit post ſeſe accumbentium? Hæc
igitur fac & Luciano commonſtres, quò teſtis
eſſe poſſit. Mihi verò nihil Ione monſtratore
opus erat: quippe qui hæc multo ante limis iā
oculis præuideram. Hæc ſimulatque dixiſſet
Cleodemus, irruit in conuiuum & Alcida-
mas Cynicus: atque is quidem inuocatus, vul-
gatum illud festiuitatis gratia præfatus de Me-
nelao, qui vltro ad fratriſ conuiuum accessiſ-
ſet. Itaque plerisque turpiter atque impudenter
viſus eſt feciſſe: & quod cuique tum forte in-
mentem veniebat, in eum torquebant, alijs il-
lud, Insanis Menelae. Alius rurſum,

Verū Agamēnoniæ menti nō iſta placebāt.
Adhæc alia quæ pro tempore ſalſe, lepidèque
dici poterant, in eum obmurmurabant. Nam

palam: nullus audiebat quicquam dicere, pro-
 pterea quod metuerent Alcidamantem, ut pote
 consummatorē egregiū, vnumq; ē Cynicis om-
 nibus clamofissimū: qua quidē re adeò visus
 est reliquias antecellere, vt nulli non esset for-
 mislādus. At Aristænetus collaudatū illū quod
 invocatus aduenisset, iussit accepta sella, iuxta
 Maxum ac Dionysodorum aecūberet. At ille,
 Apagc, inquit, muliebre quiddā ac molle di-
 cis; vti in scāno aut sella sedeā quēadmodum
 facitis vos, molibus in stratis pēnē supini re-
 cūbentes, purpura suffulti. Quin ego tibi vel
 stans coenauero, in ipso interim conuiuio etiā
 obambulās. Quod si defatigatus fuero: tu hu-
 mi substrato pallio, cubito innixus cubuero:
 qualc videlicet Herculē pingūt. Ita fiat, inquit
 Aristænetus, si quidē istud mauis. Sub hæc Al-
 eidamas in orbē conuiuiū lustrans, coenabat,
 Scytharū ritu, ad vberiora pascua subinde se-
 transferēs, vnaque cū his qui inferebāt edulia,
 circuniens atq; obambulās. Atque interim ta-
 men dum cibū caperet, haudquaquam nego-
 tio vacabat de virtute obiter, de vīto differēs,
 tum in aurū atque argentū dicteria iaculans:
 iamque Aristænetum percontabatur, quidnam
 sibi vellēt tam multa, tam magna pocula, quū
 non minus vñi possent esse fictilia. Verū
 Aristænetus iam obturbantē, molestūmq; esse

pergentem, in præsens quidem compescuisse
nistro innuens, ut ingentem calicem, infuso
racissimo vino, illi porrigeret. Atque id quidem
visus est optime excogitasse: nondum etiam in-
telligens, quantorum malorum is calix effec-
author futurus. Hunc igitur ut accepisset Ali-
cidamas, aliquantis per silentium agebat, ac so-
lo sternens sese cubabat seminudus, quemad-
modum facturum sese fuerat pollicitus, cubito
humi fixo innitens, simulque dextra scyphum
fustinens, qualem Hercule apud Pholū pīctos
res effingunt. Iam verò & inter alios calix af-
fidue circunagebatur, tum in uitati uncult ad
bibendum, & cōfabulationes ortæ, demum &
lucernæ illatæ. Interim ego quū puerum, qui
iuxta Cleodemū adstabat (erat autē is pocilla-
tor egregie formosus) subridentem vidisse,
(nam arbitror, quicquid obiter inter cœnandum
obtigit, commemorari oportere: maxime, si
quid sit elegantius ac scite factū) iam admodū
attentus obseruare cœpi quidnā rei rideret. ac
paulò post accedebat puer tanquam calicem a
Cleodemo recepturus. At ille simul & digitā
illius substringebat, & drachmas puto duas v-
nā cum calice tradebat. Porrò puer ad substi-
ctum digitum rursus arridebat. Cæterū de pa-
cunia, quum non sensisset opinor, eoque non
reciperet, in terram delapsis drachmis strepitus.

concitatus, mōxque ambo pariter rubore
fussum debantur, idque ita palam, vt nemo non
animes aduerteret. Ambigebatur igitur inter eos,
qui proxime sedebat, cuiusnā essent illi nūni,
qua & puer negaret à se projectos, & Cleode-
mūs item, iuxta quem strepitus acciderat, sibi
excidisse dissimularet. Verum ea res tū negle-
cta est, ac conniuenter omissa, propterea quòd
id quod acciderat, nō ita multi vidissent, præ-
tervnum (vt mihi quidem visum est) Aristæ-
netum. Nam is paulò pòst puerū loco mouit,
clanculum ablegans, & alii cuidā innuit, vti
Cleodemō pocillator assisteret, videlicet exo-
letis illis, ac robustis, mulioni, aut equisoni
cuipiā. Ad hunc modum ea res vtcūque abiit,
suumcum alioqui allatura pudorem Cleode-
mo, si quidem ad omnes permanasset, ac non
protinus occupans Aristænetus eam sopisset,
exaliter dextreque admodū inducta temulen-
tia. Ceterū Alcidamas (iam enim potus erat)
percontatus quidnā esset nomen puellæ nu-
benti; tum clara voce indicto silētio, simul &
ad foeminas cōuerso vultu: Præbibo, inquit, ti-
bi Cleanthi, Herculis. Archegetæ omne. Sub
hac quū risisset omnes: Ridetis, inquit, sacrile-
gi, quòd spōsæ, Herculis dei mei omne propi-
nauerim? Imò illud scito opus est, ni scyphū à
me traditū accipiat, nūquā futurū vt illi filius

obtingat talis, qualis ego sum, virtute invictus, animo liber, tu corpore adeo robustus, m^ulque cū dictō, sese magis etiā renudatus, usq; tiam vsque ad illa quæ sunt maxime pudēcēs. Ad ea quū iterū arrisissent conuiuæ, indignus p^utus ille surrexit, toruis iā atq; efforatis obtutus oculis, vultūque ipso testans iam neq; passus, neque quietem acturū amplius. Fortitan^g & baculum illisisset alicui, ni cōmodum id temporis placenta prægrandis fuit^g illata. Nam h^{oc} simulatque cōspexit, lenior ac mitior esse occidit, ac stomachari desit: obambulans interim ac placentam audie vorans. Iam vero plētiq; temulēti esse cōperat, & clamoribus vndiq; perstrepebat conuiuū. Nam & Dionysodorus rhetorem illic agēs, orationes quasdā pronuntiabat, laudabaturque à ministris, qui a tergo assistebant. Et Istiæus Grammaticus vicif^g sim, qui post illū accumbēbat, versuum cōtūnes quosdā recitabat, Pindari, Hesiodi, & Apolloniacreontis carmina simul contexens atque consarcinans: ita vt ex omnibus vnicam redderet cātilenam oppidō quam ridiculam. In primis autem illa, perinde quasi vaticinās, de his quo^s postea acciderunt,

Commisere simul clypeos.

Tum illud quoque,

Tum vero clamorique virūm luctūsque exortus.

Ac vero Zenothemis libellulum quām pīā minutis conscriptum literulis, à puero acceptum legebat. Verum quum ii quorum partes erant edulīa inferre, aliquātisper, ita ut solent, cessa- rāt morarenturque: Aristænetus sedulo cu- rās, ne vel id interea tēporis aut otiosum esset, aut voluptatis expers, accersitū intrō morionē, nūc sit ridiculum aliquid vel dicere, vel facere, quo magis etiā exhilararētur conuiua. Mox- que ingressus deformis quidā, deraſo capite, pauculos capillos in vertice gestās, eosque cri- ſe in morem erectos, hic saltabat, atque inter saltandum, quo maiorem concitaret riſum, ro- tātu ſeſe circunagebat, diſtorquebātque. Tum cymbalo concuſſo, ſonabat interim quiddam, hinguam imitans AEgyptiorum. Poſtremo di- ſteria quādam iaculabatur in eos qui aderāt: ac reliqui ſcommate tacti ridebant. Verūm vbi & in Alcidamantem ſimile quiddam torſiſſet, catulū illum Melitæum appellans, indigna- tūs ille (iandadū autē præ ſe ferebat, quod in- uideret illi, dum probaretur ac cōuiuarum o- culos retineret) abiecto pallio, ut ſecum lucta- retur prouocauit. Quod ni faceret, Hunc, in- quīt, baculū tibi impingā. atque ita miser ille Satyrion (nam id erat morioni nomē) cōgrēſ- fūs cum eo Pancratio decertabat. Erat id ſpe- ctaculi multò iucundissimum, quippe quū vi-

derent hominem philosophum cū morte cō-
positū, cum ferire, tū vici sūm feriri. Rso inde
qui aderant, partim pudore tāgebantur, partim
ridebant donec iam ictus Alcidamas pugnans
detrectaret, ab homuncione, omniū plausū cō-
probato certamine, superatus. Hæc igitur quā
essent nō mediocri risu excepta: ibi tandem
gressus & Dionicus medicus haud multo post
peractā concertationē. Aiebat autem in mora
fuisse Polyprepontē tibicinē, dum hunc phar-
nefi correptū curandi gratia viseret. Ac plane
quiddā risu dignum commemorabat: dicebat
enim in ædes illius venisse sese, ignarū etiā ho-
minem iam eo morbo teneri. At illum proti-
nus surrexisse, foribūsque occlusis, ac nudato
gladio, tibias ipsas sibi tradidisse, iisque uti ca-
neret iussisse. Deinde ubi id non posset, illum
percussisse, scutū sublata manū gestantem. Se-
sē porrò in tanto periculo tale quiddam fuisse
commentū, nempe ad canendi certamen pro-
uocasse hominē: idque ea lege ut victus præ-
scriptū certūmque plagarū numerum accipe-
ret. Ac sese priorem cecinisse, praeue atque im-
perite: deinde traditis illi tibiis scutum ab illo
recepisse: gladium autem extemplo per fene-
stras in aream abiecisse. Deinde quum minore
iam discrimine cū illo luctaretur, auxilio ad-
uocasse vicinos. Eos reuulsisse belluam, atque,

in illorū opera seruatū sese. Ostendebat autem & plagarum vestigia quædā, nōnullaque in facie tubera liuētia. Ergo cū Dionicus ob huiusmodi fabulā nō min⁹ placuisset, q̄ morjo ipse: p̄oxime Istiā reclinās sese, de reliquiis cœna bat. Atq; hic quidē haud absq; numine quodam nobis aduenerat: imò prorsum v̄sui futurus ad ea quæ postea cōtigerūt. Nā prodiēs in mediū conuiuum puer quidā, qui se ab Etœmocle Stoico venire diceret, epistoliū quoddā adferēs, aiebat ab hero sibi mā datum, vt eo pām omnibus audientibus perlecto, rursus domum sese reciperet. Hic igitur permittēte Ariſtæneto, admotus ad lucernā legebat. P. Num orationē Luciane in sponsæ laudem cōpositā, aut carmē nuptiale: quod genus permulta faciunt? L. Videlicet nos quoq; tale quippiam existimabamus. Verū ne accedebat quidem ad id, vt aiunt. Cæterum in literis ita scriptū erat, E T O E M O C L E S philosophus Aristæneto. Quām non mouear cōuiuiis, omnis antē acta vita mea fuerit testis. Qui quidē quū quotidie mihi cōplures ea causa molesti sint, te multo ditiones, tamen haud vnquā illis morem gesſi: perpendēs nimirū, quātum sit in eiusmodi cōpotationibus tumultus, quantū licentiæ petulatiæq;: verū aduersus vnu te mihi videor meo iure stomachatus, qui quū tantū tēporis à me

officiosissime cultus & obseruatus, tam in dignum habueris, quem vel inter reliquos amicos tuos numerares, sed solum ex omnibus præterieris, idque quum vicinus essem. Proinde tua causa magis discrucior, qui quidem et tam ingratu præbueris. Nam ipse fœlicitatem nequaquam in hoc statuo, si quis mihi impletat vel suem sylvestrem, vel leporem, vel placentam: quæ mihi affatim contingunt apud alios, qui officia norunt. Quádoquidem etiam hodie quum apud discipulum Pammenem coenare mihi licuerit, opiparam (vt vocat) coenam, non annui tamen vehementer obsecranti, tibi scilicet demens ego, memetipsum referuans. At tu nobis præteritis, alios accipis conuiuio: idque merito facis: neque enim ullo modo potes quid sit rectius cognoscere, nec apprehensiua illa phantasiam habes. Cæterum haud sum nescius, unde mihi ista sint profecta: népe ab egregiis istis philosophis tuis Zenothemide ac Labyrintho. Quibus euidem (absit inuidia dicto) vel unico syllogismo mihi videores protinus obturare posse. Alioqui respodeat istorum aliquis quid sit philosophia, aut hoc quæ inter elementa traditur, quid habitus differat ab habitu, ut nequid interim de perplexis illis rogationibus proponam, quid sit syllogismus cornutus, quid acerualis, quid metens:

Verum tamen quidem istis fruaris licet. Nā ego,
 qui solū in bonis ducā quid sit honestū, facile
 fuleri contumeliā. Atqui ne possis posthac ad
 istā excusationē cōfugere, vt dicas te mei obli-
 sum fuisse, nimirū in tanto rerū strepitu, tātis-
 que occupationib': bis te hodie sum alloqui-
 tus, primū mane domi tuæ: deinde rursum in
 Castoris ac Pollucis tēplo rem diuinā facien-
 tem. Ac his quidē de rebus hæc responderim.
 Quòd si tibi videor cœnæ gratia succensere,
 quid OEnco acciderit cogitato: videbis nimi-
 rum ipsam etiā Dianā indignantē, quòd ille se
 solā nō adhibuerit ad sacrificium, quācum reli-
 quos deos omnes acciperet conuiuio. Nā hac
 de re sic alicubi meminit Homerus,

Seu quia non norat, seu nō succurrerat illi;
 Acriter est offensa tamen.

Item Euripides,

Chalydon quidem hæc Pelopeii regio soli:
 Qua parte sæuum spectat aduersa fretum,
 Agros habens tum diuites, tum fertiles.

Rursum Sophocles,

Immanis apri triste monstrum, in OEnei
 Immisit agros gnata Latonæ dea:
 Docta eminus missis ferire spiculis.

Hæc tibi è plurimis pauca citaui: vt intellige-
 res, cuiusmodi præterito viro Diphilū ad cœ-
 nam adhibeas, cui & ipsi filiū commiseris tuū:

g.i.

idque recte. Est enim iucundus adolescentia, &
ita cum eo viuit, ut placeat atque obsequatur:
atq; adeò n̄ mihi turpe dictu fuerat, addidis-
sem & aliud quiddam. Quod quidem tu si li-
bebit, ē Zopyro eius pædagogo verum esse co-
gnosces. Verū non conuenit obturpare in nu-
ptiis, neque accusare quenquam: præsertim cri-
minibus usque adeo foedis ac pudēdis. Tamet-
si Diphilus dignus in quem facerem, quip-
pe qui duos iam discipulos à me retraxerit: e-
go tamen ipsius philosophiæ causa reticebo.
Porro famulo huic mandaui, vt si quam ipsi
parte dare velles vel apri, vel cerui, vel placen-
tæ, mihi deportandum, ut isthoc pacto te mihi
de cœna purgares: ne reciperet, ne ad hoc ip-
sum à nobis missus fuisse videatur. Hæc ami-
ce quum legerentur, sudor interim utique mi-
hi manabat præ pudore: simûlque iam illud
quod vulgo dici solitum est, optabam ut terra
mihi dehisceret: quum viderem eos qui præ-
sentes aderant, ad singulas epistolæ partes inter-
se ridentes, potissimum autem hos, qui noue-
rant Etoemoclem virum canum, tantumque
seueritatis præ se ferentem. Admirabantur igi-
tur quod eiusmodi vir esset: hactenus fugisse
sese, barba videlicet ac vultus austeritate dece-
ptos. Cæterum Aristænetum mihi quidē haud
videbatur hominē contemptu negligentiāve

præterisse: verū quòd desperasset, si fuisset inuitatus, vñquā adduci posse vt annueret, útque ad eiusmodi res se morigerum præberet, eoq; ne tentandum quidem esse putasse. Ergo posteaquā puer iam legere desissit, vniuersum cōuiuum in Diphilū ac Zenonem torquebant oculos, quòd hi iam metu trepidi sederent, ac pallidi, ipsaque vultus incōstantia ac perplexitate crimen agnoscentes, ab Etœmocle inten-tum. Porrò Aristænetus quanquam esset sanè perturbatus, vehementerque consternatus animo, tamen nos iubebat bibere, conans nimirū id quod euenerat, commode vertere, subridēs interim. Ac puerum redire iussit, respondēs, ea sibi curæ fore. Paulo autē pōst surgens & Ze-no clanculum sese abduxit ē conuiuio, sub-monitus à pædagogo, vt discederet innuente, idque tanquam patris iussu. Ibi vero Cleode-mus, qui iam dudū occasiōne queritabat (nam gestiebat omnino cū Stoicis conflictari, verū dirumpēbatur, quòd non reperiret causam ad id satis idoneam) tum igitur ansam præbente epistola huiusmodi, inquit, Facit egregius ille Chrysippus & Zenon ille mirabilis, neque nō Gleathes, verbula misera, neq; quicquā præter rogatiunculas, & umbras dūtaxat philosophorum. Cæterum Etœmocles sunt plerique omnes. Videlis q̄ & ipsæ epistolæ graues sint ac

seniles. Postremo Aristænetus hic, Æneus est:
Etæmocles, Diana. Di boni, quæm bene aufi-
cata omnia, quæmque congrua celebradæ fe-
stivitati. Ita per Iouem (inquit Hermon, supra
hunc accumbens: inaudierat autem, ut opinor,
aprum quendam Aristæneto paratum, ut in con-
uiuio proponeretur, eoque putabat nō intēpe-
stiue facta mentionem apri illius Calydonii)
per lares Aristænete fac quāprimum sacri par-
tem mittas, ne senex interim ille fame pereat,
tanquam Meleager tabefactus. Tametsi nihil
queat acerbū accidere, quandoquidē Chrysip-
pus hæc indifferentia censem esse. Itane vos
Chrysippū nominatis? (inquit Zenothemis,
erigens sese, maximaque voce intonans) an ex
vno homine, qui nō legitime philosophiā ex-
erceat, népe præstigiatore isto Etæmocle, Cle-
anthē ac Zenonem metimini, viros sapientes?
At qui tandem estis ipsi vos qui hæc dicitis? an
non tu Hermō Castoris & Pollucis cæsariem,
quæm habebat aurea circutondisti? Cuius qui-
dem facti poenam dabis carnifici traditus. Tu
porro Cleodeme, nonne Sostrati discipuli tul-
vxore stuprasti? Nonne in adulterio eo depre-
hēsus nefandissima passus es? An nō igitur si-
lebitis, quum huiusmodi dedecorū vobis sitis
conscii? Atqui non sum meæ ipsius vxoris le-
no, Cleodemus inquit, quemadmodū tu, ne-

que discipuli diuersantis apud me viaticum su-
stuli, quod is deposuerat, eoque facto rapuisse
me per Palladē deierans abnegaui, neque qua-
ternis drachmis foenero, neque discipulos ob-
torto collo in vincula duco, nisi in tempore mer-
cedem persoluerint. Verum illud, inquit Ze-
nothemis, haudquam possis inficias ire, te
Critoni venenum quo patrem necaret, mini-
strasse. Atque interea forte bibebat: quicquid
autem erat in calice reliquū (erat autem fermè
semiplenus) in duos illos profundebat. Porrò
conspersus est pariter & Ion, idque præmii tu-
lit, quod illis vicinus accūberet, alioqui eo ma-
lo non indignus. Hermon igitur demisso ver-
tice merū e capite abstergebat, eos interim qui
præsentes erant attestans, quod id genus cōtu-
meliis esset affectus. Cleodemus autem quum
non haberet calicem, inuadens primum con-
spuebat Zenothemidi: deinde lœua cōprehen-
sum à barba, plagam in tempus erat illisurus,
ac senē fortasse necasset, ni Aristænetus dextrā
sublatam retinuisset. Is mox transcēso Zeno-
themide inter vtrunque mediū assedit, vt eo
veluti muro dirempti, pacē inter ipsos agerent.
Hæc igitur dum gerebatur Philon, equidē va-
ria meo cum animo voluebam. Primum illud
statim occurrebat, nullū esse operæ pretium, si
quis disciplinas perdiscat, ni simul & vitæ ra-

tiones, ad id quod est optimum, accommodet
atque componat: quum viderem illos qui ver-
bis alios antecelleret, quam factis ipsis sese ri-
diculos exhiberet. Deinde & illud veniebat in-
mentem, ne forte verū esset, quod vulgo pluri-
que dictitarent, videlicet eruditonem à recta
ratione bonisque institutis abducere istos, qui
solos libros spectaret, quique sollicitudine cu-
ráque quam illi adferrent, perpetuò teneretur:
quandoquidem quum ibi tam multi præsen-
tes essent philosophi, ne casu quidem nullum
erat cernere à peccando immunem: verum a-
lli faciebant turpia, alii dicebāt turpiora. Ne-
que enim iam poteram eorum, quæ siebant,
culpam, vino authori imputare: mecum repu-
tans cuiusmodi essent quæ Etœmocles, neque
cibo, neque potu etiamdum gustato, scripse-
rat. Itaque rerum vices præpostæræ atque in-
uersæ videbantur: siquidem vidisses idiotas il-
los summa cum modestia conuiuum agitan-
tes, neque vino petulantes, neque indecore se-
se gerentes: at ridebāt duntaxat, & iam dam-
nabant eos opinor, quos dudum suspexerant,
ex habitu iudicantes eos alicuius esse pretii.
Contra sapientes illi & in libidinem fereban-
tur, conuiiis certabant, & supra modū sese po-
tu cibisque explebant: postremo vociferaban-
tur, & ad manus, usque cōserendas rapiebātur.

Cæterū admirandus ille Alcidamas etiā meiebat sub oculis omnium, nihil recueritus fœminas. Ac mihi quidē si quis hæc quæ in eo conuiuo gerebantur, rectissime voluisset conferre, simillima videbantur iis, quæ de Eride dea poetæ fabulātur, nempe hanc, quod non esset ad Pelei nuptias aduocata, malum in medium conuiuum abiecisse, ex quo tam ingens apud Trojam bellū fuerit ortū. Itidem Etcemocles mihi visus est epistola illa quasi malo quopiā in medium projecta, non minus malorum, quam Ilias habebat, excitasse. Neque enim finem contentionis faciebant Zenothemis ac Cleodemus: quanquam medius inter utrūque intercesserat Aristænetus. Age, inquit Cleodemus, in præsentiarum quidem sat est si literas nescire conuincamini: sed crastino die vos vlicscar, quibus cōueniet modis. Respōde mihi Zenothemi, vel tu, vel elegantissimus iste Diphilus, qua tandem gratia pecuniæ possessiōnem inter indifferētia ponendā esse cēsueritis: cū ex omnib⁹ nil aliud spectetis, quam vt ipsi quamplurimum pecuniæ possideatis: atque ob id causæ semper apud diuites hæretis, fœneratis atque ysuris incūbitis, neque non mercede docetis? Rursū cū voluptatē detestemini, atque hac de causa Epicureos in ius vocetis, cur ipsi voluptatis gratia, turpissima tum facitis, tum

g. iii.

patimini; indigne ferentes si quis vos adsumat
carit ad coenam: rursum si vocemini, non fatum
tantum vocare ut cibo turgeatis, nisi & famis
lis tantum donetis? Atque haec quum diceret;
pariter & linteū reuellere conatus est, quod Ze-
nothemidis puer tenebat, omni carniū genere
refertū: planēque futurū erat; vt apertum illud
ac solutum mediū in solum abiiceret, nisi quia
puer non omittebat ē manibus, gnauiter aduer-
sus trahentē retinēs. Hic Hermon, Euge Cleo-
deme, respondeant qua gratia dānent volupta-
tem: quum ipsi supra cæteros omnes studeant
voluptati? Quin magis, inquit Zenothemis, tu
Cleodemē respondeto, quāobrem diutias in-
ter indifferentia numeres. Imò tu potius. Atq;
hunc ad modum diutius est altercatum, donec
Ion capite tādem in apertum prolato, Desisti-
te, inquit, ego si libet, sermonū argumēta pro-
ponam in medium, cōuiuio nuptiisq; digna.
Vos porrò citra contentionē vicissim & dicite
& auscultate: quemadmodum & apud Plato-
nem nostrum, alternis dicendi vicibus res vt
plurimum agitatur. Id dictū probabant cum
omnes qui aderāt, tum in primis Aristænetus
atque Eucritus, nimirū in spem erecti, fore vt
eo pacto ab odiosis illis cōtentioñibus discedi-
posset. Et Aristænetus priorem in locum se se-
recepit, iam partam esse pacem ratus. Iamque

Nobis infensatur ea conuiuii pars (absolutam coenam vocat) singulæ singulis aues, carnes apriugnæ, palpa leporina, pisces Tagenicus, placenta & breviser illa, quæcunque liberum est, seu uelis in aluum condere, seu domum asportare malis. Apponebatur igitur, nō sua cuiq; quadrata, verum Aristæneto atque Eucrito, eadem in parte mensæ, vna ambobus cōmunis, ita ut de sua utriusque parte quæ se spectaret, esset edendum, aut tollendum. Deinde altera Zenothemidi Stoico, & Hermoni Epicureo: & his itē inter ipsos cōmunis. Deinceps Cleodemo atque Ioni. Post hos sponso ac mihi. Porro Diphilo duoru pars apposita, propterea quòd Zeno iam discesserat. Hæc facito Philon, ut memoria teneas. Nam paulo post ad intellectum narrationis erunt usui. P. Meminero sane.

L. Tum Ion, Primus igitur exordiar, inquit, si quidem videtur. Deinde ubi paulisper intersiluisset, Conueniebat, inquit, fortassis, ut apud eiusmodi viros de deis, atq; incorporeis substantiis, deque animi immortalitate sermo haberetur, verum ne mihi contradictant ii, qui diuersam philosophiæ sectam sequuntur, de nuptiis dicā ea quæ cōgruunt. Atque illud quidem optimum fuerat futurum, si nuptiis opus nō haberem⁹, sed Platonis ac Socratis dogma sequuti à feminarum cōmercio nos penitus

abdicaremus. Etenim qui ita fecissent, illi adhuc
ad absolutā illā virtutē pertingere potuerint.
Quòd si viris omnino ducendae sint uxores,
vt eas iuxta Platonicā sententiā inter se com-
munes habeant, videlicet quo zelotypia vacca-
mus. Hæc quū essent risu excepta, vt quæ ni-
mis intempestiue diceretur, tum Dionysodoro-
rus, Non tu desines, inquit, barbarica ista nos-
bis occinere? Nā vbi zelotypiā istam reperias,
aut apud quem? At tu etiam hiscere audes, in-
quit, sterquiliniū? Ad hæc Dionysodorus, opi-
nor, iam erat conuitia quæ conueniebat rege-
sturus: verū grammaticus Istiæus vir optimus
ille, Desinite, inquit, ego vobis epithalamiō re-
citabo, simūlque cœpit legere. Erant autē Ele-
giaci versus hi, si satis memini,

Nuper Aristæneti in ædibus vnica summo

Nutrita est studio diua Cleanthis hera.

Virginibus cunctis reliquis præstantior vna,

Vel potior Phœbe, vel potior Venere.

Salve & tu iuuenū validissime spons'e valentū,

Nereo prior ac fortior AEacida.

At rursum vobis hoc carmen sæpius olim

Commune ambobus coniugiale canam.

Hæc ita vt est consentaneū, risus est conse-
tus. Reliquū erat, vt cibi tolleretur. Iamq; tol-
lebant Aristænetus atque Eucritus ex his quæ
fibi fuerant proposita, suā vterque partē. Tom-

ēgo quæ mihi, Chereas itē quæ sibi erant proposita. Eūdem ad modum Ion & Cleodemus. Porrò Diphilus etiā Zenonis digressi partem tollere parabat, affirmás vni sibi ea fuisse proposita; atque hac de causa cum ministris dimicabat, ac vicissim inter se se trahebant, manibus utrinque in aūem iniectis: non aliter quām Patrocli cadauer hinc atq; hinc attrahere conātes. Postremo vicit ille, atque abstulit, plurimū interim risum præbēs conuiuis, maxime quū eam ob rē postea grauiter stomacharetur, perinde quasi atroci affectus iniuria. Iā vero Zenothemis atque Hermon, qui pariter (vt dictū est) accumbebāt, alter superius, puta Zenothemis: alter infra hunc: reliqua quidē, quoniam æqualia fuerāt apposita, citra pugnā sustulerāt. Cæterum aūis quæ iacebat ad Hermonis partem, erat altera paulo pinguior, idq; ita casu cūvenerat, opinor. Iāmq; suā vterq; sublatus erat, ibi Zenothemis (sed tu mihi nunc quāma xime fac animū aduertas: iam enim ad ipsum negotii caput peruenimus) Zenothemis inquam, omissa ea quæ se se spectabat, eam quæ ante Hermonem iacebat tollere est aggressus, quæ quidem (vt iam diximus) erat pinguiuscula. At ille contrā nitens retinebat, haud sinest vt ea in re potiores ferret. Inter hæc clamore coorto, vtriq; in alterum irruentes ipsis aūibus

facies mutuo cædebant, ac barbis inuicem
hensis auxilio aduocabant, hic quidem Cleo-
demon puta Hermon: ille vero nempe Zeno-
themis Alcidamantem ac Diphilum. At cæte-
ri quidem ad partes accesserunt, partim huius,
partim illius, præter vnū Ionem, qui sese ncu-
trum atque ancipitem seruabat. Cæterum illi
inuicem conserti pugnabant. Ac Zenothemis
quidem scyphum è mensa sublatum eum qui
coram Aristæneto stabat, abiecit in Hermonem.

Atq; hūc haud tetigit, aliò sed flexus aberrat,
Verum spōsi caput dissecuit alto grauissimōq;
vulnerē. Itaque mulierum coorta vociferatio,
quæ medium in prælium insiliebant: cum pri-
mis autem adolescentulī mater, quū iam san-
guinem eius aspexisset: præterea & sponsa me-
tu territa profiliit. Inter hæc Alcidamas stre-
nuū virum præstitit, quū Zenothemidi fer-
ret opem: & illiso suo baculo, Cleodēmi qui-
dem caluariam, Hermonis vero maxillam: cō-
minuit: adhæc è famulis aliquot opitulari pa-
rantes vulnerauit. Quanquam illi nihil his re-
bus territi cesserunt. Verum Cleodemus intē-
tato digito Zenothemidi oculum effodit: tum
admotus narem mordicus auulfit. Porro Her-
mon Diphilum Zenothemidi suppetiās ferre
conatum, è sponda in terrā præcipitem dedit.
Sauciatus est & Istiæus grāmaticus, dum in-

tergentur suo eos studet dirimere: calce videlicet in dentes illius illiso, idque à Cleodemo, quū hunc Diphilum esse credidisset, non Istiæum. Facebat igitur miser ille iuxta suū ipsius Homerum, sanguinem ab ore vomens. Præterea tumultus atque lachrymarum plena vndique erant omnia: dum & mulieres eiularent Chereæ sponso circunfusæ, dumque alii has student compescere. Porro maxima malorum omnium pars erat Alcidamas, postea quam semel ad suum redisset ingenium feriēs, quicunque forte in ipsum incidisset. Neq; vero pauci in eo prælio cecidissent, scito, ni baculum is fregisset. Ego porro iuxta parietem erectus assistens spectabam omnia, neque me ei negotio admiscebam, nimirum Istiæi iam doctus exemplo, quam esset periculosum eiusmodi conflictus velle dirimere. Lapithas itaque Cétaurosque vidisses, euerti mensas, effundi sanguinem, proiici scyphos. Demū Alcidamas subuersa lucerna magnas induxit tenebras. Iamque res (ut est cōiectu facile) atrocior etiā multo esse cœpit, præsertim quum haud esset proclive, luminis copiam alicunde recuperare: sed multa interim ac sœua patrata sunt in tenebris. Post ubi accederet nescio quis lucernam tandem adportās, Alcidamas quidem repertus est tibicinæ vestem sustollens, vīque cum illa cō-

gredi pugnans. Dionysodorus autem in aliquo quodā ridiculo facinore deprehensus est. Nam ut surrexerat, scyphus ē sūnu illius elapsus in locum decidit: postea excusans aiebat, Ionem in tumultu calicē sublatū sibi tradidisse, ne periret. Id ita factū, Ion admodum sollicite quasi patronum agens assuerabat. His rebus dimisum est couium, à lachrymis denuo in ridiculum exitum conuersum, idque Alcidamatis, Dionysodori, atque Ionis gratia. Porro qui erant saucii, sublati sarcinæ ritu, foras deportabantur miseris affecti modis, maxime senex ille Zenothemis, pariter tum oculo, tum nare mutilatus, enecari se præ cruciatu clamitans: adeo ut Hermō (quanquam ne ipse quidem expers malorum: nam huic duo dentes fuerāt excusi) palam attestaretur, Memineris, inquiens, O Zenothemis, ne posthac dolore in mediis habendum ducas. At spōsus iam vulnere à Dioniso curato, domum reuectus est fasciis reuineto capite, eidem impositus vehiculo quo spōsam fuerat abducturus. Atque ita miser ille nuptias aceras celebrarat. Deinde & aliis item Dionicus pro sua virili remedium adhibuerat. Postremo postquam iam dormierant, asportati sunt plerique mediis in viis vomentes. Cæterum Alcidamas inibi remanebat. neq; enim valebat hominem extrudere, posteaquā semel

Salē in spōdām abiecerat, atque ibi transuer-
sus accubuisset. Hic erat ô bone Philō eius ex-
itus cōuiuii, de quo rectissime illud dici pos-
sit, quod in fine Tragoediarum nonnunquam
accinuit,

Sunt fortunæ varii casus.

Plurima quæ haud speraueris vñquam,

Ea conficiunt numina diuūm.

Rutsum quæ certo speraris,

Ea frustrato non contingunt.

Siquidem & hæc planè præter expectationem
atque inopinato exierūt. Præterea & illud iam
didici non esse tutum, cui non sit opus, cum
eiusmodi philosophis agitare conuiuum.

ORNATISSIMO IURIS VTRIVSQUE
ctori Thomæ Ruthallo secretario regio, nunc episcopo
po Dunelmensi, Erasmus Roterodamus s. p.

ID E quātum audaciæ mihi suppeditet singu-
laris quædam ingenii tui morūque facilitas,
humanissime Ruthalle: qui cum nesciueram
ignorem te inter aulicos primores vel authoritate, vel
gratia, vel splendore, vel eruditione præceptum esse: ta-
men non verear meas nugas rudes adhuc, vixque è pri-
ma scheda repurgatas, ad tuā excellentiam mittere. Sed
quid facerem? Iam vrgebat nauita, vētos & æstum nulli
seruire clamitās. Itaque ne nihil mei apud hominē tam
nostrī studiosum relinquerē, id quod tum forte erat in
manibus, Misanthropum misi, nimirum ad vitū vnum
omnium philanthropotatum. Is est Luciani dialogus;
quo vix alius lectu vel vtilior, vel iucundior. versus qui-
dem ille iampridem ab alio nescio quo: sed ita versus, ve
interpres hoc modo demonstrare voluisse videatur, se-
se neq; Græce scire, neque Latine: nec temere adeo quis
suspicetur eum interpretem subornatum esse ab iis qui
Luciano male volunt. Tu nostram hanc audaciam boni
constules: & Erasmus in eorum numero ponés, qui tui
sunt amantissimi. Vale, Londini. A N. M. D. 1111.

Luciani Timon

SIVE MISANTHROPVVS,

Erasmo Roterodamo interprete.

**Timon, Jupiter, Mercurius, Plutus, Paupertas,
Gnato, Philiades, Demeas, Thralcycles.**

I V P I T E R Philie, hōspitalis, soda-
O litie, domestice, fulgurator, iūsiurādi-
ce, nubicoge, grandistrepe: & si quod
aliud tibi cognomen attoniti poetæ tribusunt,
maxime quum hærent in versu: nam tum illis
tu multi nominis factus, carminis ruinā ful-
cis, metrique exples hiatum. Vbi tibi nunc ma-
gnicrepū fulgur, grauifremum tonitru? vbi ar-
dens, cādens, ac terrificum fulmen? Nam hæc
omnia iam palam apparet nugas esse, fumum-
que poeticum, nec ominino quicquam præter
nominum strepitum. Sed decatata illa tua ar-
ma eminus feriētia exprōptaque, nescio quo-
modo penitus extincta sunt, frigentq; adeo, vt
ne minimam quidem scintillulam iracundiae
aduersus nocentes reliquam obtineat. Itaque
citius quiuis ex his, qui peieraturi sunt, extin-
ctum ellychnium metuerit, quam flammā sup-
minis cuncta necatis, vsque adeo titionē quē-
piam in se se vibrare te putant, vt incendiū auc-

h.i.

fumum ab illo proficisciens, nihil quicquam sibi
midet: verum hoc solu vulneris inferri posse iu-
dicent, ut fuligine compleantur. Quibus rebus
factum est, ut iam Salmoneus tibi sit ausus e-
tiam obtonare, neque id admodum ab re: quip-
pe aduersus Iouem usque adeo ita frigidum, ut
ad facinora feruidus, audaciaq; tumidus: Quid
ni enim faciat, ubi tu perinde ac sub mandra-
gora steritis, qui neque peierates exaudias, ne-
que eorum qui flagitia committunt, respectum
agas? Executis autem lippitudine, & hallucinaris
ad ea quae sunt: auresque iam tibi obsurde-
runt, instar horum qui etate defecti sunt. Quan-
doquidem quum iuuenis adhuc esses, acrique
animo, vehementerque ad iracundiam: permul-
ta in homines maleficos ac violatos faciebas.
Neque tum unquam tibi cum illis erat indu-
cia: sed perpetuo fulmen erat in negotio, per-
petuo obuibrabatur aegis, obstridebat tonitru-
fulgur continenter iaculorum in morem den-
sissime ex edito loco deuolantium torqueba-
tur: terrae quassationes, cribri instar, frequetes
adhæc nix cumulatim, neque non grando sa-
xorum in morem: atque ut tecum gradius lo-
quar, imbruesque rapidi: & violenti, ac flumen
quotidie exundans. Hinc tantum repete Deu-
calionis etate, naufragium ortum est: ut om-
nibus sub aqua demersis, vix unica scaphula

Tertiaretur, quæ in monte Lycore appulit, humani generis quasi scintillulas quas dā seruás, unde sceleratius etiam genus in posterū propa garetur. Nimirū igitur dignum secordia præmiū ab illis reportas: quū iam nec sacra faciat tibi quisquam, nec coronas offerat, nisi si quis obiter in Olympicis: ac ita vt ne is quidē rem admodū frugiferā facere videatur, sed priscū quendam ritum magis referre, ac penē Saturnum, ô deorū generosissime, te reddūt, magistratus abdicantes. Omitto loqui, quoties iā tē pluri quū sacrilegio cōpilarint: quū tibi etiam ipsi in Olympiacis manus admoliti sunt. Atq; interea tu altifremus ille pigritabar, vel excitare canes, vel vicinos aduocare, vt auxilio acurrentes illos cōprehenderēt, quū etiamdum ad fugā adornarentur. Sed egregius ille, gigantūmq; extictor, & Titanum victor sedebas: quū tibi cæsaries ab illis circuntonderetur, decemcubitale fulmē dextera tenēs. Horū igitur, ô præclare, quis tandem erit finis, quæ tu adeo secure despicias? aut quādo de tantis maleficiis poenas sumes? Quot Phaetōtes, aut Deucaliones, satis idonei sint ad expiandum tam inexhaustā morum iniuitatē? Etenim vt de cōmunitibus sileā, de iis quæ mihi acciderūt dicam, Quum tam multos Athenienses in sublime euexerim: ex pauperrimis diuites reddiderim:

cunctisq; quotquot optis haberent, suppeditatim, imo semel vniuersas opes in amicos suuos effuderim. Simulatque his rebus ad insipiā deueni, iam ne agnoscor quidē ab illis: nec aspicere dignatur me, qui duduū reuerebantur, adorabāt, meoque de nūtu pendebant. Quod si quando per viam ingredies, forte fortuna in eorum quempia incidero: perinde ut cœus hominis iam olim defuncti statuā, ac temporis longitudine collapsam prætereūt, quasi ne norint quidem. Porro alii procul conspecto mihi alio se se detorquēt, existimantes se inauspiciatum, abominandūmque visuros spectaculūrū, quem non ita pridem seruatorē & adiutoreū suū esse prædicabant. Itaque premētibus malis ad extrema redactus consilia, renone appetitum exerceo, quaternis conductus obolis: atque hīc cum solitudine, cūmque ligōne philosophor. Hoc interim lucri mihi videor facturus, quod posthac non intuebor plerosque præter meritū secūdis fortunæ successibus videntes: nam illud vel maxime vrit. Iam igitur tandem aliquādo Saturni Rheāq; proles excusso profundo isto, grauiq; somno (nā Epimenidem quoque dormiendo vicisti) denuo iactato fulmine, aut ex Oetha redaecenso, ingenti reddita flamma iram aliquam strenui illius ac iuuenilis Louis ostende: nisi vera sint quæ à

Criteribus de te tuaque sepultura fertuntur.

I. Quid hic est Mercuri, quem audio sic voci
ferantem ex Attica, ad radicem montis Hymeti,
horridus totus, ac squalidus, pelleque hircina
amicus? fodit autem ut arbitror: nam pronus
incumbit homo loquax & confidens: mirum ni
philosophus est: neque enim alioqui adeo im-
pia, nefariaque in nos fuerat dicturus. M E.
Quid ais pater? an non nosti Timonem Enche-
cratidis filium Colyttesem? Hic nimirus est, qui
nos saepenumero in sacris legitimis conuiuio
accepit, ille repente diues factus, ille qui totas
Hecatombas, apud quem splendide Iouialia fe-
sta consueuimus agitare. I. Hem quæna ista
rerum commutatio? hiccine honestus ille? di-
ues, quem tam frequentes cingebant amici? Quid
igitur accidit ut hoc sit habitus? squalidus, ærui-
nous, fossor conductius, vti coniicio, quum
tam grauem ligonem gerat? M E. Ad hunc mo-
dum illum quodammodo probitas euerit atque
humanitas, & in omnes quicunque egerent, mi-
sericordia. At re vera recordia potius facili-
tasque, nullusque in suscipiendis amicis dele-
ctus: quippe qui neutquam intellexerit, se se cor-
uis lupusque largiri. Quin magis quam à vultu-
ribus tam multis misero iecur eroderetur, ob-
id amicos eos, necessariosque iudicabat, quasi
benevolentia erga scle afficeretur, quum illos.

epulæ magis caperent. Ergo posteaquā corpore
initus nudassent circūrosissimq; deinde qua
medulla suberat hanc quoque admodum
genter exussissent, aufugerunt, exuccū & radici-
tus defectum destituētes, adeò vt postea ne
agnoscant quidem aut aspiciant, tantū abest vt
sint qui suppeditent impertiāntque. Has obres
fossor, & lago, vt vides, opertus pelliceo, vrbē
præ pudore fugiens, mercede terrā exercet, ad-
uersus ingratos atra bile stomachatur: qui qui-
dem sua benignitate ditati, admodum fastuo-
sē nūc prætereāt, ac ne nomē quidē an Timō
vocetur, nouerint. 1. Atque profecto vir neu-
tiquā fastidiendus, neq; negligēdus, & iure o-
ptimo indignatur, qui iis tātis in malis agat.
Quare sceleratos istos adulatores ipsi quōque
fuerimus imitati, si eum virum neglexerimus,
qui tātū taurorū & caprarū pinguissimas quaf-
que nobis in aris adoleuerit, quarum nidor e-
tiam dū mihi in naribus residet. Tametsi pro-
pter negotia maximāmq; turbā peierantūm,
tum vi, nō iure agētium, neq; nō aliena rapiē-
tium, præterea ob formidinē, quē mihi pariōt
sacrilegi, qui quidē tū multi sunt, tū obseruatū
difficiles, adeò vt ne minimū quidē nos cōni-
uere sināt, iā pridē profecto ad Atticā regionē
oculos detorsissē, maxime postea quam philo-
sophia, & de verbis digladiationes apud iustos

increbuerant, ita ut pugnantibus inter se istis,
 vociferatibusq; ne exaudire quidē mortalium
 vobis liccat. Vnde mihi necessum est, aut auribus
 obturatis sedere, aut dirūpi ab eis, confici-
 que, qui virtutē quandā, & incorporea quædā,
 merāsq; nugas ingēti vociferatione cōnectūt.
 hæc in causa fuerunt, vt hunc quoq; neglexe-
 rim, quum haud mediocriter de nobis sit me-
 ritus. Quod reliquū est Mercuri, tu Plutū ad-
 ducēs, quātum potes ad istū abeas. Porrò Plu-
 tus vñā secū ducat & thesaurū, & vtrique apud
 Timonē perseuerēt: neq; vsque adeo facile de-
 migrent, etiā si quam maxime rursum illos per
 benignitatem ex ædibus exegerit. Cæterū de
 palponib; illis, atq; ingratitudine qua in hūc
 sunt vñi, in posterum consultabo: pœnāsq; da-
 turi sunt simulatque fulmen instaura uero. Nā
 fracti sunt in eo retusa cuspidē duo ē radiis
 maximis quum nuper audius in sophistā A-
 naxagorā iacularer, qui suis familiaribus sua-
 dobat, nullo pacto esse vñlos nos, qui dii voca-
 bimur. At illū quidē errore nō feriebam, pro-
 pterea quod Pericles obtenta manu cum prote-
 xerit. Cæterū fulmen in Castoris ac Pollucis
 tēplum detortum, tum illud exussit, tū ipsum
 parvū absfuit quin ad saxum comminueretur.
 Quanquā interim vel id supplicii satis magnū
 in istos fuerit, si Timonē cōspexerint egregie

locupletē factū. M E. Quantū habes in pecti
altū vociferari, & obstreperū audacē inquit esse
idque nō iis modo qui causas agūt, verū cū am
qui vota faciunt conducibile. Enī mox ē pau
perrimo diues euaserit Timon, qui se in pre
cādo clamosum & improbum præstiterit, lo
uētūque reddiderit attentū. quod si silentio fo
disset incuruus: etiam nunc foderet neglectus.
P L. At ego Iupiter haudquaquā ad istū redi
turus sum. I. Quid ita nō redditurus optime
Plute, præsertim à me iussus? P L. Quoniam
per Iouē iniuria me affecit eiiciens, & in mul
ta fragmēta dissecás: idq; quū illi paternus es
sem amicus, ac me, penē dixerim, fuscinis ex
ædib⁹ extrusit, nec aliter quām ii, qui ē mani
bus ignem abiiciunt. Num rursus ad istū ibo,
parasitis, adulatoribus & scortis donandus? Ad
eos me mitte ô Iupiter, qui munus intellectu
ri sint, qui amplexuri: quibus equidē in pretio
sim, & maiore in modū exoptatus. At hi stu
pidi cū inopiā cōmercium habeat, quā nobis
anteponūt: utq; ab ea accepta sago pedliceo, li
góneq; sat habeat, quū quatuor lucrantur ob
olos, decē talēta cōtemptim dono dare soliti.

I. Nihil istiusmodi posthac in te factur⁹ est
Timon, quippe quē ligo abūde satis corripuc
rit: nisi prorsus nullū dolore sentiūt illius ilia,
te videlicet potius quām inopiā esse præoptā-

dam. At tu mihi querulus admodum videris esse, qui nūc Timonē incuses, q̄ tibi patefactis fontibus libere permiserit vagari, neque includens, neque zelotypus in te. Porro alias diuersa de causa in diuites stomachabare, quū dices te ab illis repagulis, clauibus, ac signorum obiectaculis impressis ita fuisse conclusum, vt ne prospicere quidē in lucē tibi liceret. Id igitur apud me deplorabas, affirmās præfocari te nimiis tenebris, eōq; pallid' nobis occurrebas, & curis cōfectus, digitis etiānū ex assiduo colligēdi, coaceruādīq; vsu cōtractis contortisq;: quòd si quando daretur opportunitas, aufugiturū quoq; ab illis te minitabare. In summa, rem supra modū acerbā iudicabas in æreo ferreōve thalamo, Danaes exēplo, virginē asseruari, atque à scelestissimis educari pædagogis fœnore & cōputo. Proinde absurde facere aiebas hos, quòd te præter modū adamarent: neque(quū liceret) frui auderent: neque quū ipsis esset in manu, amore suo securè vterentur: sed vigiles obseruarét, ad signū ac serā oculis nū-quā connuentibus, neque vsquā dimotis, semper intuētes: abūde magnum fructū arbitrātes, non q̄ ipsis fruēdi facultas adesset, sed quòd nemini fruēdi copiā facerét, non aliter quam in præsepi canis, nec ipsa vescens hordeis, nec equū famelicū id facere sinēs. Quinetiā ride-

bas istos, qui parcerent afferuarentq; & (quod
 esset absurdissimum) ipsi quidē sibi subarche-
 rent, vererenturque contingere: non intelligo-
 rēt autem fore, ut aut sceleratissimus famulus,
 aut dispensator, aut liberorum pædagogus fur-
 tim subiret, ludibrio habiturus infoelicē & in-
 amabilem herum, quem postea sinat ad fuligi-
 nosam, & oris angusti lucernulam, ac sīcūlo-
 sum scirpulum vſuris inuigilare. **Quid itaque?**
 ánon iniquum, quum hæc quōdam vincula-
 ueris, nunc in Timone diuersa his eximmaris
PL. Atqui si rē vere perpēderis, vtrūq; mo-
 re facere iudicabis. Nā & Timonis ista nimia
 lenitas, negligentia potius, haud benevolentia
 studiūmque, quod ad me pertinet, merito vi-
 deatur. At è diuerso, qui me ostiis ac tenebris
 inclusum seruabāt, id agētes, quo scilicet cras-
 fior saginatiōrū, ac vehementer corpulētia o-
 nustus euaderem, quū interiu neque ipsi con-
 tingerent, neque in lucem produccent, ne vel
 aspiceret à quopiā, hos demētes & contume-
 liosos in me iudicabam, quippe qui me nihil
 commeritum tot in vinculis cogerent situ ca-
 riēque putrescere, haud intelligentes quō mox
 demigrent, me alii cuipiā, cui fortuna fauerit,
 relicturi. Nec hos igitur probo: sed ne dlos
 quidē, qui nimiū facile mihi manus admouēt.
 Sed qui (quod est optimū) mediocritate vian-

tar, vti nec prorsus abstineat, neq; penit⁹ profundat. Etenim illud per Iouē consydera lupiter, Siquis vbi puellulā & formosam lege du-
xisset vxorē, postea neq; obseruet, nec villa om-
nino zelotypia prosequatur, videlicet sinēs il-
lam noctu atque interdiu quocūque libitū sit
ire, & quicūque voluissent cum his habere rē,
vel producat potius vltro vt adulteretur, fores
aperiens, prostiturusq;, & quoslibet ad illā in-
vitans: num hic amare videbitur? profecto hoc
tu nequaquam dices Iupiter, qui s̄æpenumero
amore senseris. Rursum si ingenuā lege domū
deducat, vti liberos legitimos progeneret, cæ-
terum nec ipse cōtingat florentem ætate, deco-
rānque virginē, nec aliū sinat aspicere: sed in-
clusam, orbam, sterilēmque in perpetua virgi-
nitate contineat, idque præ amore se facere
prædicet, & hūc quidē præferat, pallore corpo-
re exhausto, oculis refugis: num fieri potis est,
vt huiusmodi non desipere videatur? quippe
qui quum liberis oportuerit operā dare, frui-
que cōiugio, puellā adeo formosam atq; ama-
bilem sinat emarcescere, per omnem vitā tan-
quam Cereri sacerdotē ales. Huiusmodi & ip-
se indigne fero: quū à nonnullis ignominiole
cædor calcibus laniorque, atque exaurior à
nonnullis: cōtrà perinde vt stigmatic⁹ fugitiuus
compedibus vincior. . . . I. Quid est autē quod

aduersus illos indigneris: quādoquidem
 que poenas egregias luunt. Alteri quidē
 Tantali in morem neque bibere sinūtur, neg-
 edere: sed ore sicco duntaxat inhiāt auto. Alte-
 ri vero dū his ceu Phyneo cibos Harpyiæ ipsi-
 è faucibus eripiūt. Sed abi iam, Timone mul-
 to posthac vñsurus cordatiore. P L. An ille alij
 quando desinet me ceu foraminoso cophino,
 prius quām omnino influxerim, data opera
 exhaustire, quasi conetur occupare, quo minus
 influā: veritus, ne si copiosius infundar, ipsum
 vndis obruā? Quo fit, vt in Danaidū dolium
 aquā mihi videar illatus, frustrāq; infusur?
 vase nō continente liquorē: imo prius prope-
 modū effuso quod influit, quām influxerit:
 adeo latus dolii hiat⁹ ad effusionē ac liber exi-
 tus. I. Proinde ni hiatū istū obturauerit, per-
 petuāmque perstillationem sistere studuerit: te
 propediē effuso, facile rursum sagū, & ligonē
 in dolii fæce reperiet: sed interim abite, atque
 illum diuite reddite. At tu Mercuri fac memi-
 neris, vt rediēs Cyclopas ex AEtna tecū addu-
 cas: quò fulmen cuspidē restituta resarciāt: nā
 eo nobis acuminato opus fuerit. M E. Ea-
 mus Plute. Quid hoc? num claudicas? Equidē
 ignorabā, ô præclare, te nō cæcū modo, verū
 etiam claudum esse. P L. Atqui nō hoc mibi
 perpetuū Mercuri: verū si quando proficisco

& Ioue missus ad quempia, tu nescio quo patto tardus sum, & vtroq; claudus pede, ita ut egrè ad metà pertingere quea: sene non unquam interim factò, qui me operiebatur. Porro quū dñcedēdum est, alatū videbis multo auibus ceterorē. Vnde fit vt vix iam amoto repagulo, ego iā præconis voce victor pronuntier, saltu stadiū transmēsus, ne videntibus quidē aliquoties spectatorib⁹. M E. At ista quidē haud vera narras: imo ego tibi permultos cōmemorare quea, quibus heri ne obolus quidē erat, quo testim emerent: qui hodie repete diuites facti, splendide viuant: albis quadrigis vehātur, quibus ante ne asellus quidē suppeditarit. Ii tamē purpurati, aurūm q; manibus gestātes obambulant: qui ne ipsi quidē opinor, credere possunt, quin per somniū diuites sint. P L. Isthaec alia res est Mercuri: neque enim tum meis ipsius ingredior pedibus: nec à Ioue, sed à Dite ad istos transmittor: qui & ipse nimirum opū largitor est, ac magna donans: id quod ipso etiam nomine declarat. Itaq; quoties est mihi ab alio ad aliū demigrādum, in tabellas iniiciunt me: ac diligenter obsignātes, sarcinæ in morē sublatum transportat. Interea defunctus ille alicubi in ædiū tenebricosa parte iacet, yetere linteo in genua iniecto tectus, de quo felcs digladiatur. Porro qui me sperauerat obtinere, in foro o-

periuntur hiātes: non aliter, quām hirundines aduolantē stridentes pulli. Deinde ubi signum distractum est, & lineus ille funiculus incisus, apertāque tabellæ, iamque nouus dominus pronuntiatus est, siue cognatus quispiam, siue adulator, siue seruulus obscenus, qui puerili obsequio fauore emeruerit, etiā tum metu subraso: pro variis & opiparis voluptatibus, quas illi iam exuletus suppeditauerat, ingens scilicet præmium ferens generosus quisquis ille tandem fuerit, nonunquam me ipsis cū tabellis arreptum, fugiens adportat commutato nomine: ut qui modo Pyrrhius, aut Dromo, aut Tibius, iam Megacles, aut Megabizus, aut Pro-tarchus appelletur. Cæterum illos nequicquāhiantes, seque mutuum intuentes relinquunt: ac verum luçtum agentes, quod eiusmodi thyn-nus ex intimo sagenæ sinu sit elapsus, qui non parum magnam escam deuorarit. At hic repente totus in me irruens, homo vitæ mundioris atque elegatioris, rufus, pinguis illotaque cutem, qui cōpedes etiamdum horrescit: & si quis præteriens loro increpet, arrestis stet auribus: quique pistrinum perinde uti templū adoret, non est deinceps tolerādus iis, quibusculi vivit: verum & ingenuos afficit contumelia, & cōseruos flagris cædit: experiens, nū sibi quoque similia liceat, donec aut scortulo cuiquam

irretitus, aut equorū alēdorum studio captus,
aut adulatoribus sese permittens, deierantibus
Nireo formosiorē esse, Cecrope Codróve
generosiorem, callidiorē Vlysse, vnum autem
vel sedecim pariter Croēsis opulentiorē, mo-
mento tēporis semel profundat infōelix, quā
minutatim multis ex periuriis, rapinis, flagi-
tūs fuerant collecta. M E. Ista fermē sic ha-
bent vti narras: verum vbi tuis ipsius ingrede-
ris pedibus: quī tandem, cæcus cum sis, viam
inuenire soles? Aut quī dignoscis ad quosnam
Iupiter te miserit, dignos illi visos qui diuitiis
abundent? P L. Enimuero credis me reperire
istos ad quos mittor? M E. Per louem haud-
quaquam. Neque enim alioqui Aristide præ-
terito, ad Hippōnicum & Calliam accessisses,
tum ad alios permultos Athenienses, homines
ne obolo quidem æstimandos. Cæterum quid
facis, quando quidem es emissus? P L. Sur-
sum ac deorsum circuncursans oberro, donec
imprudens in quempiam incurro: hic autem
quisquis ille sit, qui forte primus me naet⁹ sit,
abducit ac possidet, te Mercuri pro lucro præ-
ter spem obiecto, venerans atque adorans.
M E. Num ergo fallitur Iupiter, qui quidē cre-
dat ex ipsius animi sententia, ditari abs te hos,
quos ille dignos existimarit qui ditesce-
rent? P L. Et iure quidem optimo fallitur ô

bone: quippe qui quū me cæcum esse signa-
 ret, emitat vestigatum rem vsque ad eo se-
 ptemvri difficultem, & iam olim ē vita sublatā, quam nō
 Lynceus quidem facile inueniret, quæ nimis
 adeo obscura sit, ac minuta. Itaque quum rari
 sint boni, improbi porrò in ciuitatibus omnia
 obtineāt, oberrans facile in huiusmodi morta-
 les incurro, ac retibus illorum illigor. M E. At
 qui fit, vt quoties eos deseris, celerirer aufu-
 gias, quū viæ sis ignarus? P L. Tum demum
 acutū cerno, pedibüsque valeo, vbi ad fugam
 tēpus inuitat. M E. Iā illud quoque mibi re-
 sponde, qui fit, vt quū sis oculis captus (dicens
 dū enim est) præterea pallidus, postremo clau-
 dus, tā multos habeas amantes, adeo vt omnes
 in te defigant oculos? & si potiantur, fœlices
 videantur: sin frustrentur, nō sustineant viues
 re? Ex his equidem non paucos noui, qui sic
 perditē te amarint, vt sese aereo ē scopulo pisco-
 si in æquoris alta præcipites abiecerint, rati fa-
 stidiri sese abs te, propterea quod illos nullo pa-
 cto respexisses. Quanquā sat scio, tu quoque
 fateberis, si quo modo tibi ipsi notus es, furere
 istos, qui eiusmodi amore sunt dementati.
 P L. At enim credis me, qualis sum, talem istis
 videri, nempe claudum, aut cæcum, aut siquid
 aliud adest mihi vitii? M E. Quid ni, ô Plu-
 te? nisi forte & ipsi omnes cæci sunt. P L. Haud

Atc' quidam, o optime, verum inscitia, errórq;
 quæ nūc occupat omnia, illis offundūt tene-
 bras. Adhac ipse quoque ne per omnia defor-
 mis sim, persona vehemēter amabili tectus in-
 astrato, gemmīsq; picturato, ac versicoloribus
 amictus eis occurrit: at illi rati sese natiui vul-
 tus venustatē aspicere, amore capiuntur, dispe-
 reuntque nisi potiātur. Quod si quis me toto
 corpore renudatū illis ostēderit, dubio procul
 futurū sit vt se ipsi damnent, qui tātopere cæ-
 cutierint, adamantes res neutiquā amandas ac
 foedas. M E. Quid ergo posteaquā eō perue-
 tum est vt iam diuites euaserint, iāmque per-
 sonā sibi circumposuerint, rursum falluntur,
 adeo ut si quis illis detrahere conetur, penē ca-
 put potius, quam personā abiiciant? Neque e-
 nam verisimile est etiā tum illos ignorare, au-
 ro bracteatam esse formam, quū intus cuncta
 inspexerint. P L. Ad id non parū multæ res,
 o Mercūri, anīhi sunt adiūmēto. M E. Quæ-
 name. P L. Simulatque qui me primū nactus
 est, apertis forib' excepérat, clanculū vñā me-
 cum introitatio, vēcordia, iactātia, mollities,
 violētia, pīdīlus, atque alia itē innumerabilia,
 à quib' omnibus posteaquā est animus occu-
 patus, hādmiratur quæ neutiquā sunt admi-
 randa, & appetit ea quæ sunt fugienda, mēque
 cunctorum illorū quæ introierāt, malorū pa-

trem stupet, illorum satellitio vallatum quidam
 potius passur², quam ut me cōpellatur uice-
 re. M E. Ut leuis ac lubricus es Plute, retentus
 difficilis ac fugax, neque ullam praebeas ansam
 certam quo presus teneare: sed nescio quo mo-
 do anguillarum ac serpentum in morem inter-
 digitos elaberis. At è diuerso paupertas visco-
 sa, prensu facilis, totóque corpore mille vncos
 gerit hamos, ut qui tetigerint, illico hærent,
 nec facile queant auelli. Verum interea dum nu-
 gamur, rē haud paruā omisimus. P L. Quāe
 M E. Nēmpe quia thesaurū non adduxerimus,
 quo vel in primis erat opus. P L. Isthac qui-
 dem ex parte bono sis animo. Nam nō nisi
 in terra relicto illo ad vos ascendere soleo, ius-
 sōque intus manere foribus occlusis: neq; cui
 quam aperire, nisi me vociferantem audierit.
 M E. Iam igitur Atticam adeamus. Tu me cō-
 sequitor chlamydi adhæres, donec extremam
 viam attigerimus. P L. Recete facis Meretum,
 quum me per viam ducis. Etenim si me defor-
 res, forsitan oberrans in Hiperbolum aut Cleo-
 nem inciderein. Sed quis hic stridor coeniferi
 saxo impacti? M E. Timon hic est, qui proxi-
 me montanum & petricosum fodit solidi Pa-
 pæ, adest & Paupertas, & Labor ille, xū Robur,
 Sapientia, Fortitudo; atque id genus aliorum:
 turba: quorum omnium agmen Famer iungit.

longe præstantius, quām tui sint satellites.

P L. Quin igitur quamocyssime discedimus Mercuri? Neque enim ullum operæ pretiū feceris tuis cum homine eiusmodi vallato exercitu. M E. Sec' visum est Ioui: quare ne metu deterrit eamur. P A. Quò hunc nunc Argicida manu abducis? M E. Ad hunc Timonem, ad quem à Ioue suanus ire iussi. P A. Itáne rursum Plutus ad Timonem, posteaquam ego hanc antea deliciis male corruptum suscepis commendansq; Sapientiæ & Labori, strenuū, multique pretii virum reddidi? Adeóne despicienda, iniuriæque idonea vobis Paupertas iudicor: ut hunc, quæ mihi vnicar erat possessio, cripriatis, iam exactissima cura ad virtutē excultū: ut Plutus hic ubi denuo susceperit, per contumeliam & arrogantiam illi manu iniecta takē reddiderit, qualis erat dudum, mollem & ignavum, ac vecordē: rursum mihi restituat, ybi iati nihil factus erit, & rei culus?

M E. Sic ô Paupertas, Ioui placitum est. P A. Evidem abeo. At vos Labor & Sapientia, reliquique, consequimini me. Porro hic breui cognoscet, qualis in se fuerim, quām nunc relinquet: nempe adiutrix bona, & rerum optimarum doctrix. Qui quum donec habuit commercium, sano corpore, valentique animo perseverauit, virilem exigens vitam, &

ad fese respiciens: superuacua autem & vulga-
ria ista, aliena; ita ut sunt, existimás. M E. Dis-
cedunt illi: nōs ad eum adeamus. T I. Qui-
nā estis ὁ scelesti? aut qua gratia huc adueni-
stis homīni operario, mercenariōque negotiū
exhibituri? verū haudquaquam lēti abibitis,
scelesti ut estis omnes: nam ego vos ilico gle-
bis & saxis petitos cōminuat. M E. Nequa-
quā ὁ Timon, ne ferito: neq; enim feris mor-
tales: verū ego sum Mercurius, hic Plūtus.
Misit nos Iupiter, votis tuis exauditis. Quare,
quod bene vertat, opes accipe, desistens à labo-
ribus. T I. At qui vos iam ploraueritis, etiam
si dii sitis ut dicitis. Si quidem odi pariter om-
nes tum deos, tum homines. Sed hunc cācum
quisquis is fuerit, mihi certū est ligone impa-
cto comminuere. P L. Abeamus per Touerū
Mercuri: quandoquidem hic homo mihi vī-
detur non mediocriter insanire, ne malo quo-
piam accepto discedam. M E. Ne quid fero-
citer Timon: quin exue potius penitus istā fe-
rocitatē asperitatēm q; ac manibus obūlis exci-
pe bonā fortunam: rūrsum diues este: rūrsum
Atheniensium princeps, & ingratos illos despī-
cito, quū solus florebis. T I. Nihil mihi vo-
bis est opus, ne obturbate. Sat opū mihi ligō:
præterea fortunatissim⁹ sum, si nēmo proprius
ad me accesserit. M E. Adeōne quāso inhu-
maniter?

Hac ego sua Ioui refero, atque immania
dicta?

Atqui par erat forsita homines tibi haberi ini-
tios, ut qui tam multa indigna in te cōmisif-
sent deos odio te prosequi, nequaquam erat cō-
fentaneum, quū illi tantopere tui curam agāt.

T. I. At tibi Mercuri, Iouique, quod me respi-
citis plurimam equidem habeo gratiam: cæte-
rum hunc Plutum nequaquam recepero. M. E.

Quid ita? T. I. Quoniam pridem innumera-
bilia malorum hic mihi fuit author, quum
me assentatoribus proderet, insidiatores in me
inuitaret, conflaret odium, illecebris corrum-
peret, inuidiae obnoxium redderet: deniq; quum
repente me adeò perfide ac proditorie destitue-
ret. Cōtra paupertas optima, me laboribus vi-
ro dignissimis exercens, mēcūmque vere & li-
berc conuiuens, & quibus opus erat suppedita-
uit laboranti, & vulgaria ista docuit cōtemne-
re, effecitque ut mihi vitæ spes omnis ex me
ipso penderet: demonstrans quenam essent o-
pes verè meæ: nempe quas neque adulator as-
sentans, neque sycophanta minitās, neque ple-
bes irritata, neque concionator suffragiorum
author, neque tyrannus intentis insidiis queat
cripere. Itaque iam validus effectus ob labore,
dum hunc agellū gnauiter exerceo, neq; quic-
quam eorum quæ sunt in ciuitate malorū af-

picio, abunde magnū & sufficientē gratiā mīhi ligo suppeditat. Quare tu Mercuri, quā venisti viam remetiens, recurre, vna tocius Plutum adducēs ad Iouem. Illud mīhi satis fuit, si effecerit vt omnes mortales per omnemā etatē eiulent. M E. Nequaquam. Ô bone; neque enim omnes ad eiulandum suūt accommodi. Quin tu iracunda, pueriliāque ista missa face, ac Plutum excipe: non sunt rei cienda munera, quæ à Ioue proficiscuntur.

P L. Vīn? Timon vt contra te partes defendam meas? an grauiter feres siquid dixero?

T I. Dicito: ne multis tamen, neque cum proœmiis, quemadmodum perditissimi isti solent oratores. Nam huius Mercurii gratiate ferant paucis dicentem.

P L. Atqui multis mīhi potius erat dicendum, tot nominibus abs te accusato. Attamē vide, nūm quā in re te, quemadmodum ais, læserim: qui quidem dulcissimarum quarunque rerum tibi extiterim author, opifexque authoritatis, præsidentiæ, coronarum, aliarum item voluptatum: mea opera conspicuus eras, celebris & obseruandus. Cæterum siquid molesti ab adulatoribus accidit, non mīhi potes imputare: quin ipse magis abs te sum affectus contumelia, propterea quod me tam ignominiose viris illis execratis suppeditans, qui te mirabantur, ac præsti-

glis dementabant, mihiq[ue] modis omnibus
infidias struebant. Porro quod extremo loco
dixisti, et a me proditum desertumque fuisse:
istud criminis in te possum retorquere, quum
ipse sim modis omnibus a te reiectus, præ-
cepisse ex actus ex adibus. Vnde pro molli
chlamyde, sagum istud charissima tibi Pauper-
tas circupo[ne]uit. Itaque testis est mihi hic Mer-
curius, quantopere louem orauerim ne ad te
venirem, qui tam hostiliter essem in me debac-
chatus. M E. At nunc vides Plute, in cuius-
modi hominem sit commutatus. Proinde au-
da[ct]er cum illo consuetudinem age. Tu vero
fode ita ut facis. Tu interim thesaurum sub li-
gonem adducito. Audiet enim si tu accersiue-
ris. T I. Parendum est Mercuri, rursusque di-
tescendum. Quid enim facias quum dii com-
pellant? tamen vide, in quas turbas me miser-
rum coniicies: qui quidem quum ad hunc us-
que diem fœlicissime vixerim, datum auri re-
pente sum accepturus, nihil commeritus mali,
tantumque curarum suscepturus. M E R. Sus-
tine Timon mea gratia: tametsi graue est ist-
huc, atque intolerandum: quo videlicet pal-
pones illi præ inuidia rumpantur. Ego porro
superata AEtna in cælum reuolauero. P L.
Abiit iste quidem sicut apparet: nam ex alaru[m]
remigio facio cōiecturā. Tu vero hic opperire:

siquidem digressus thesaurum ad te recessit tam: sed feri fortius. Tibi loqnor auri thesauri, Timoni huic audiens esto, offérque temerit eruendū. Fodi Timon altius impingens. Ceterum ego à vobis digredior. T I. Age iam ô ligo, nūc mihi tuas vires explica, neque defatigere, dum ex abdito thesaurū in apertū cuo caris. Hem prodigiorum author Jupiter, amici Corybátes, ac lucrifer Mercuri, vndenam auri tantum? num somnium hoc est? Metuo ne ear bones reperturus sim experrect? atqui aurum profecto est insigne, fuluum, graue, & aspectu multo iucundissimum.

Pulcherrima aurum faustitas mortalibus. Quippe quòd ignis in morem ardes, nocte que & dies renides. Ades ô mi charissimū desideratissimumq;, nūc demum credo vel Iouem ipsum olim aurum esse factum. Etenim quæ tandem virgo, non exorrecto sinu vsque adeo formosum amatorem excipiat, per tegulas illapsum? ô Myda Crœsēq;, ac munera Delphico in templo dicata: vt nihil eratis si cū Timone, cūmque Timonis opibus conferamini: cui ne Persarum quidem rex par est. O ligo, sagum charissimum: vos huic Panī suspendi commodum est. At ego quammaxime semetū mercatus agrum, turriculaque seruandi auri gratia constructa, vni mihi affatim vixero: se-

pulchrum item inibi mihi defuncto parare est
fentētia. Hęc igit̄ar decreta sunto, placitāque:
in reliquā vita sejunctio, ignorātia, fastidium
erga mortales omnes. Porrò amicus, hospes,
fodalis, aut ara misericordiæ, merx nugæ. Tū
commiserari lachrymantē, suppeditare egen-
tibus, iniquitas, ac morū subuersio. At vita so-
litaria, qualis est lupis, v̄nus sibi amic⁹ Timon:
cateri omnes hostes, & insidiarum machina-
tores. Cum horum quopiam congredi, piacu-
lum: adeo vt siquem aspexero duntaxat, inau-
spicatus sit ille dies. In summa non alio nobis
habeantur loco, quam signa faxea æreave: ne-
que Fœcialem ab illis missum recipiamus, ne-
que foedera feriamus. Solitudo terminus esto.
Caterum tribules, cognati, populares: postre-
mo patria ipsa, frigida quædam & sterilia no-
mina, stultorumque mortalium gloriæ: solus
Timon diues esto: despiciat omnes: solus ipse
secum oblectetur, liber ab assentationibus, &
onerosis laudibus diis sacra faciat: epuletur so-
lus, sibi ipsi vicinus, sibi particeps, excuties fese
ab aliis. Ac semel decretum esto, vt v̄nus seip-
sum comiter accipiat, si moriēdum sit, aut ne-
cessē habeat sibi ipsi coronam admouere. Nul-
lumque nomē sit dulcius, quam Misanthropi,
id est hominum osoris. Morum autem notæ,
difficultas, asperitas, feritas, iracūdia, inhumani-

nitas:quod si quem conspexero incendiis
flagrantē,obtestantēque quo restinguā, pię
oleoque restinguere. rursum si quem flumen
vndis abstulerit, isque manus porrigens, implo-
ret ut retineatur: hunc quoque demerso capi-
te propellere, ne possit emicare,hunc ad modū
par pari relatus est. hanc legem Timon tulit
Echecratides Colytensis: & cōcionis subscri-
psit suffragiis idem ille Timō. Age hæc decre-
ta sunto:hæc fortiter tueamur. Ceterum ma-
gno emerim ut id omnibus innotescat, quod
opibus abundo:nam illa res illos præfocauerit.
Sed quid illud? hem quæ trepidatio? yndique
concurrunt puluerulenti atque anheli, haud
scio vnde aurum odorati. Vtrū igitur hoc cō-
scenso colle saxis eos abigo, e' sublimi deiacu-
lās:an hac tantum in re legem violabimus, ut
semel cum illis congregiamur: vt magis angā-
tur fastiditi repulsiq;? Ita satius esse duco. Ita-
que restemus quo illos iam excipiamus. Age
prospiciam: primus eorum iste quis est? Nem-
pe Gnatonides adulator, qui mihi nuper coenā
petenti, funem porrexit, quum apud me sæpe
numero solida dolia vomuerit. Sed bene est
quod ad me venit: nam primus omnī vapu-
labit. G N. Annō dixi Timonē virū bonum
nō neglecturos esse deos? Salve Timō formo-
fissime, iucūdissime, cōuiuator bellissime. T I.

Solidet & tu Gnatonides, vulturū omniū edacissime; atq; hominū perditissime. G N. Semper tibi grata dicacitas. Sed ubi compotamus? Nam nouā tibi adfero cātilenam, ex his quos nuper didici dithyrambis. T I. Atqui elegos canes admodum miserabiles, ab hoc doctus ligone. G N. Quid istuc feris ô Timon? Attestor ô Hercules: hei hei in ius te voco apud Aretopagitas, qui vulnus dederis. T I. Atqui si cunctere paulisper, mox cādis me reum ages. G N. Nequaquam: quin tu planè vulneri medere, paululo auri iniuncto. Mirū enim in modum präsentaneū id est remediū. T I. Etiā manes? G N. Abeo. At tibi male sit, qui quidē ex viro cōmodo tam sanguis factus sis. T I. Quis hic est qui accedit recaluaster ille? Philiades assentatorū omniū execratissim⁹. Hic quū à me solidū acceperit fundū, tū filiae in dotē talēta duo laudationis præmiū, quum me canentem reliquis silentibus omnibus solus maiore in modum extulisset, deierás me vel oloribus magis esse canorū: ubi me pridē ægrotū conspexisset (nam adieram oratus ut mei curā ageret) plagaras etiā egregius ille vir impegit. P H. O impudentiā, nunc demum Timonem agnoscitis: nunc Gnatonides amicus & cōuiua: enim uero habet ille digna se, quādoquidē immemor est atque ingratus. At nos qui iā olim cōuictores

sumus æquales ac populares: tamē modicis æ-
gimus, ne insilire videamur. Salutem, ~~sed~~ et
istos adulatores sacrilegos obserues, qui nuf-
quam adsunt nisi in mensa: præterea à eos alis
nihil differūt. Neq; posthac huius ætatis mor-
talium ulli fidendum est: omnes ingratii & fra-
lesti. At ego quād tibi talētum adducerē, quo
posses ad ea quæ velles vti, in via accepi, te su-
mas quasdā opes esse noctum. Proinde accessi
his de rebus admonitus te: quanquam tibi
forsitan me monitore nihil erat opus, viro nū
mirū adeo prudenti, vt vel Nestori ipsi, si ne-
cessse est, consiliū dare queas. T I. Ita fiet Phi-
liades, sed age, accede, quo te ligone comiter
accipiam. P H. Viri, caput mihi cōminutum
est ab hoc ingrato: propterea quod eū ea quæ
in rem illius erāt, admonui. T I. Ecce tertius
huc orator Demeas se recepit, tabulas dextra
gestas, aitque se mihi cognatum esse. Hic vna
die de meo sedecim talenta ciuitati, dependit,
nam damnatus erat, ac vincitus. At quum sol-
uendo non esset, ego misertus illum redemi.
Porrò quum illi forte obuenisset, vt Erechthei-
di tribui distribueret ærariū, atque ego adiens
id quod ad me redibat poscerem, negabat se ci-
uem nosse me. D E. Salue Timon, præcipuum
generis tui præsidium, fulcimentū Athenien-
sium, defensaculum Græciæ. Profecto iamdu-

dum tē populus frequens, & vtraque curia operitur. Sed prius decretum audi, quod de te conscripsi. Quandoquidem Timon Echecratide filius, Colytensis vir, non modo probus & integrus, verum etiam sapiens, quantum aliis in Graecia nemo, nunquam per omnem vitam destituit optime de Repub. mereri. Tum autē in Olympicis vicit pugil, & lucta cursuq; die eodem, adhuc solenni quadriga, equestriique certamine. T. I. At ego ne spectator quidē vñquam in Olympicis sedi. D E. Quid tū? spectabis posthac: sed ista communia addi satius est. Tum anno superiore aduersus Acharnēses pro Repub. fortissime se gessit, & Peloponensem duas acies concidit. T I. Qua ratione? quippe qui nec vñquam arma gesserim, neque vñquam militat dederim nomen. D E. Modeste tu quidem de te ipso loqueris, nos tamē ingrati furens sumus, nisi meminerimus. Præterea scribendis plebiscitis, & in consultationibus, & in administrandis bellis nō mediocrem utilitatem attulit Reipub. His de causis omnibus visum est curiæ, plebi, magistris tributim, plebeis singulatim, communiter vniuersis, aureum statuere Timonem iuxta Palladem in arce: fulmen dextra tenentem: radiis tempora ambientibus, utque septem aureis coronis coronetur: hæque coronæ hodie in Dionysii

per Tragœdos nouos promulgentur. Signi-
dem hodie illi Dionysia sunt agenda. Dixit
hoc suffragiū Demeas orator, propterea quod
cognatus illius propinquus, ac discipulus ciuis
sit. Nam & orator optimus Timon: præterea
quicquid voluerit. Hoc igitur tibi suffragium.
Sed utinā & filium meum ad te pariter addu-
xissem, quem tuo nomine Timonem appella-
ui. T I. Qui potes Demea, quum ne vxorem
quidem duxeris vñquam, quantum nobis sci-
re licuit? D E. At ducam, nouo in eundem anno,
si deus permiserit, liberisq; operam dabo. Tunc
quod erit natum (erit autem masculus) Timo-
nem nuncupabo. T I. An vxorem tu sis du-
cturus, equidem haud scio, tanta à me plaga ac-
cepta. D E. Hei mihi, quid hoc est rei? tyran-
nidem Timon occoepcas? pulsasque eos qui
sunt ingenui, ipse nec ingenuus plane, nec ci-
uis: verum propediem poenas datus, quum
aliis nominibus, tum quod arcem incenderis?
T I. Atqui non conflagravit arx scelestae. Pro-
inde palam est te calumniatorem agere. D E.
Vetum effosso ærario diues effectus es. T I.
Atqui non effossum isthuc: vnde ne hæc qui-
dem probabiliter abs te dicuntur. D E. Verū
effodietur posthac: sed tu interim omnia quæ
in eo condita, possides. T I. Alteram itaque
plagam accipe. D E. Hei scapulis meis. T I.

Ne vociferarē, alioqui & tertiam tibi illidam.
 Etenim res planè ridicula mihi acciderit, si
 quum intermis, duas Lacedæmoniorum acies
 federim, vnu scelestum hominē nō protriue-
 retum frustra vicerim in Olympiis, & pugil
 & palæstrites. Sed quid hoc? annon philosoph?
 Thrasycles hic est? profecto ipius est, pro-
 missa barba, subductisq; superciliis, & magnū
 quiddam secū murmurās accedit, Titanicum
 obtuēs, caesariē per scapulas fluentem ventilās:
 alter quidā Boreas, aut Tritō, quales eos Zeu-
 sis depinxit. Hic habitu frugalis, incessu mo-
 derat?, amictu modest?, mane mitū quam mul-
 ta de virtute differit, damnās eos, qui volupta-
 te capiuntur, frugalitatē laudans. at ubi lot⁹ ad
 coenā venit, puerq; ingentē illi calicē porrexit
 (meraciore autem maxime gaudet) perinde ut
 Lethe aquā ebibens, à diluculariis illis dispu-
 tationibus diuersissima quæ sint exhibet, dum
 milui instar præripit opsonia, & proximū cu-
 bito opposito arcens mento interim cōdimen-
 tis opplete, dū canū ritu ingurgitat, pro quo in-
 gumbēs corpore, perinde atque in patinis vir-
 tutē inuenturū sese speret, dumque usque adeo
 diligenter catinos extergit indice digito, vt ne
 paululū quidē reliquiarū sinat adhædere, nunq;
 nō querul?, tāquā deteriorē partē acceperit, vel
 si totā placētā, aut suē sol⁹ omniū accipiat, qui

quidē sedacitatis & insatiabilitatis est frustis.
temulentus, vinōque bacchatus, non ad cātum
modo, saltationēmque, verum ad conuitūmp
vsque, & iracundiam. Adhæc multus inter pos
cula sermo (tum enim vel maxime) de téperan
tia, sobrietatēque: atque ista quidem loquitur,
quoniam iam à mero male affectus ridicule bal
butit. Accedit his deinde vomitus. Postremo
sublatum eum de conuiuio efferrunt aliqui,
ambabus manibus tibicine inhærente. Quare
quam alioqui nē sobrius quidē vlli primario
rum cesserit; vel mendacio, vel confidentia, vel
auaritia. Quin & inter assentatores primas te
net, peierat promptissime, anteit impostura, eos
mitatur impudentia. In summa, prorsus admī
randum quoddam spectaculum est, omni ex
parte exactum, variéque absolutū: proinde nō
ciulabit clarius, videlicet quum sit modestus.
Quid hoc papē tandem nobis Thrasyklese
T. H. Non hoc animo ad te venio Timō, quo
plerique isti, qui nimirum opes admirati tuas
argentij, auri, opiparorum conuiuiorum addu
sti specconcurrunt, multaque assentatione des
limiunt te, hominem videlicet simplicem, facie
léque impatientem id quod adest. Siquidē
haud ignoras: offam mihi in coenam sat esse,
tum opsonium suauissimum cepe aut rastur
tum: aut siquādo hubeat laetus epulari, pufil-

lumen salis. Porro potum fons Athenis nouem
 saliens venis suppeditat . tum palliū hoc qua-
 uis púrpura potius. Nam aurum nihil magis
 apud me in pretio est,quām calculi qui sunt in
 literis. Sed tua ipsius gratia huc me contu-
 li, vt ne te subuerterit pessima ista,atq; insidio-
 fissimae res opulentia: quippe quæ multis sæpe-
 numero immedicabilium malorum extiterit
 causa. Etenim si me audies, potissimum opes
 vniuersas in mare præcipitabis, vt pote quibus
 nihil sit opus bono viro, qui que philosophiæ
 possit opes perspicere. ne tamen in altum ô bo-
 ne, sed fermè ad pubem vsque ingressus, paulo
 ultra solum fluctibus opertū, me quidem uno
 spectante. Quòd si hoc non vis, tute igitur eas
 potiore via ex ædibus eiicito, ac ne obolū qui-
 dem tibi facias reliquum, videlicet largiēs iis;
 quicunque opus habent, huic quinque drach-
 mas, illi minat, alii talentum. Porro si quis e-
 rit philosophus, hunc æquum est duplam aut
 triplam ferre portionem: quanquam hoc qui-
 dē mihi nō mea ipsius gratia postulo, sed quo
 amicis, si qui egebunt, donem: sat est si modo
 peram hanc largitione tua expleueris, ne duos
 quidem modios A Eginiticos capientem. nam
 paucis contentum, modestūmque cōuenit esse
 eum qui philosophatur, neque quicquā ultra
 peram cogitare. T 1. Evidem ista quæ dicas

probo Thrasycles: ergo si videtur, prius quam
peram expleam, age tibi caput opplebo tuberi-
bus, posteaquam ligone sum mensus. T H O
libertas, ô leges, pulsamur ab impurissimo libe-
ra in ciuitate? T I. Quid stomacharis ô bone
Thrasycles: num te defraudavi? Atqui adiiciā
ultra mensuram choenices quatuor. Sed quid
hoc negotii? complures simul adueniunt, Ble-
psias ille, & Laches, & Gniphon; breuiter ag-
men eorum qui vapulabunt. Itaque quin ego
in rupem hanc cōscendo, ac ligonem quidem
iamdudum fatigatum, paulisper interquiesce-
re sino? At ipse plurimis congestis saxis, pro-
cul eos lapidum grādine peto. B L E P S I A S.
Ne iace Timon, abimus enim. T I. At vos
quidem nec citra sanguinem, nec absque vul-
neribus.

REVERENDO IN CHRISTO PATRI AC
domino, D. Renato episcopo Carnutensi,
Erasmus Roterdamus s. D.

vix multis modis cōpertum haberem, ornā-
tissime pater, quam candide de meo ingenio-
lo, meisque nūgīs tūm sentias, tūm prædices,
vir alioqui narīs emunctissimæ. Tāmque ad Italicū iter
accincto, per itineris comites non liceret celsitudinē tuā
infrācēses ut esse tamē interim quod te tui Erasmi
commonēfaceret, Lucianī Pseudomātem misi, sc̄lera-
tissimum quidem illum, sed quō non aliis sit vtilior ad
deprehēndendas coarguendāsque quōrūtidam istorum
impostoras, qui hīsc quoque tēporibus, vel magicis mi-
raculis, vel ficta religione, vel adsimulatis condonatio-
nibus, aliisque id genus præstigiis, vulgo fucum facere
solent. Eum igitur leges, vti spero, non modo cum fru-
ctu aliquo, vētūmetā summa cum voluptate, propterea
quod intelligam te, licet præter generis claritatem, for-
tunæ splendorē, muneris autoritatē, seriis illis ac te-
tricis studiis absolutum, non solere tamē admodum ab
his etiam eleganterib⁹ Musis abhorre: & huiusmo-
di lusus nec ināmenos, nec infrugiferos arduis negotiis
liberget intermixere. Porro quicquid est, vel nigri salis,
quem Momo tribuant, vel candidi, quem Mercurio as-
scribunt, id omne in uno Luciano copiosissimæ repe-
rias dicebit. Carnutensis oppidi tam splendidum profe-
cto, tāmque celebre phanum, fulmine conflagrasse, di-
ci non potest quam ferebam accebe. Bene vale in redi-
tam ex Italia nostrum. Lutetiae. A. N. M. D. V.

Luciani Alexa-

D E R S E V P S E V D O M A N
tis, Def. Erasmo Roterodamo in-
terprete.

V quidem charissime Celse, Icuem for-
té quādam ac facilem prouinciam ti-
bi mandare videris, cum iniungi ut
Alexandri Abonotichitæ impostoris vitam,
commenta, neque non audaciam præstigijsq;
libro complexus, volumen ad te transmittam.
Verū si quis ea conetur omnia ad plenū enar-
rare, id profecto nō minoris sit negotiū quām
Alexandri eius, cui Philippus fuit pater, res ge-
stas literis prodere: tantus hic scelere, quantus
ille virtute. Attamen si candidē ignoscenterq;
legere voles, & quod narrationi deerit, id ex te
imputare atque addere, conatū hunc te autho-
re capessam, & Augæ bubile si non omne, at
certe pro mea virili repurgare nitar, paucis aliis
quot elatis cophinis: nimirum vt ex his con-
iecturam facias quantus, quāmque immensus
fuerit simus vniuersus, quem ter mille boues
multis annis reddere potuerint. Sed amborū
interim nomine calumniā vereor, tuo pariter
ac meo: tuo, qui iubeas memoriae literarūmq;

monumentis tradi virū longē sceleratissimū:
saco, qui sumam operam in huiusmodi nar-
ratione, rebūsq; gestis hominis, quem nequa-
quā oportebat ab eruditis legi, sed in frequen-
tissimo quopiam & amplissimo theatro spe-
ctari à simiis aut vulpibus discerptum: quan-
quā si quis hoc crīmē nobis impegerit, poteri-
mus & ipsi nos exēplo quodā simili tueri. Et
enim Arrianus ille discipulus Epicteti, vir in-
ter Romanos cū primis laudatus, ac per om-
nem vitā in literarū studio versatus, cū simile
quiddā fecerit, pro nobis quoque responsurus
est. nam is quidem Tillibori latronis vitā de-
scribere nō est grauatus. Nos vero multo cru-
deliorem latronem memoriæ prodemus, quip-
pe qui non in syluis ac montibus, sed ipsis in
urbibus sit latrocinatus: neque qui Minyā tan-
tum, aut Idam sit pergrassatus, neque paucas
quasdam Asiæ partes, videlicet desertiores de-
populatus, sed qui vniuersam (vt ita dixerim)
Romanorum ditionem suo complevit latroci-
nio. Ac primum tibi depinguam hominem,
effigiē eius quoad potero proxime verbis ad-
umbrans: tametsi non sum admodū pingendi
peritus. Corpore igitur, vt interim & hoc tibi
repræsentem, procerus erat, & aspectu decorus;
planēq; specie diuina quadā ac maiestatis ple-
na, colore candido, barba non admodum hir-

suta, coma partim nativa tectus, partim hypo-
fittia: sed hac adeo scienter effecta, ut vulgas
fere nō sentisceret, imitatam ascititiāmque esse.
Oculi vehemēter acres ac versatiles, tum diui-
num quiddam relucentes. Vox dulcissima pa-
ritérque clarissima. In summa quo ad has res,
nulla ex parte poterat improbari; ac figura
quidem hominis erat huiusmodi. Cæterū mēs
atque animus, ô malorum depulsor Hercules,
& auersor tristium Iupiter, seruatorēsq; Dio-
scuri, in hostes potius cōtingat incidere, quam
cum eiusmodi quopiam habere cōmercium.
Siquidē ingenio, solertia, acumine longe præ-
stabat cæteris mortalibus. Tum curiositas, do-
cilitas, memoria, & ad disciplinas ingenii fœ-
licitas, horum vnumquodque supra quam di-
ci possit, illi suppetebat, quibus tamen pessimā
in partem est usus. Et quum haberet arma tam
egregia sibi suppeditata, ilico nimiriū omnium
qui essent sceleribus nobilitati, facile summus
euasit, vel superior Cecropib⁹, Eurybato, Phry-
nonda, Aristodemo, Sostrato. Nam ipse cum
aliquando Rutiliano scriberet genero, mode-
stissimēque de se loqueretur, Pythagoræ semet
ad similabat. At qui veniam mihi dabit Pytha-
goras, vir ille quidem sapiens, ac mente diui-
na: cæterū si huius ætate vixisset, puer(fat scio)
præ hoc visus fuisset. Sed heus tu per Gratias,

paucis putes hæc in Pythagoræ contumeliā me dicere, quasi velim eos similitudine rerum gestarum committere. Verum si quis deterrimā quaque & probrosissima, quæ de Pythagora per calumniam feruntur (quibus equidē haud-quaquam fidem perinde ut veris habuerim) si quis tamen conferat in vnum, ea nimirum omnia, vix etiam minimam particulam ad-quent Alexandrinæ versutiæ. Prorsum enim imaginare mihi & cogitatione finge, quām maxime variam ingenii temperaturam, indo-lémque ex mendacio, dolis, periuriis, malefi-ciisque confusam, promptam, audacem, versatilem, & ad efficiēdum quæ cogitasset nullum refugientem laborem, appositam ad persuadendum, cuique facilè fides habenda videretur: tum quæ mire simularet optima quæque, eāq; quæ a mente essent diuersissima, præ se ferret. Primum igitur nemo cum illo congressus est, qui nō hac cū opinione discesserit, ut eū mortaliū omniū optimū & quissimūmq;, præterea simplicissimū minimēq; fallacē iudicaret. Accedebat ad hæc omnia grādium rerū conatus, quū nihil pusillū cogitaret, sed ad maxima semper appelleret animū. Ita quum esset adolescen-tulus athuc, formosus admodum ætate vide-licet tenera ac velut herbescēte: id quod licebat partim è stipula conicere, partim audire ex iis

qui ita prædicabat: passim se se proficitus ~~per~~ ^{ad} mercede sui copiæ faciebat iis quibus dubito fuisset. Inter multos autem incidit in hunc amas quidam præstigiator, ex eorum numero, qui magiam & diuinæ incantationes profitentur, tum illectamenta ad conciliādam in amoribus gratiā, malorū immisiones in hostes, rationem eruendi reperiēdique thesauros, hæreditatum successiones. Hic vbi conficeret bene ingeniatū puerū, atque ad subministrādum arti negotiōque suo propensissimū, utpote qui non minus illius adamaret maleficium, quam ipse huius formam: erudiit eum, sempérq; deinceps pro adiutore ministrōq; est usus. At is publicitus quidem & apud vulgus medicū sci licet agebat; didicerat autē apud Thoonis AEgyptii coniugem,

Carmē Ho Pharmaca mixta, salubria multa, at noxia
mericum. multa.

Quorum omnium successor hic atque hæres factus est. Porrò doctor ille & idē amator natiōne Tyanæus erat, videlicet ex eorum numero, qui cum egregio Apollonio Tyanæo illo erant versati, totamque illius tragœdiā pernouerāt. Vides quanā ē schola tibi hominem refero? Verū vbi iā barba plenus esset Alexander, Tyanæo illo vita defūcto, in egestatē redactus, deflorescente simul & forma, vnde vi-

stum parate licuisset, nihil postea paruum agitabat animo. Sed inito commercio cum Byzan-
tino quopia, annaliū scriptore viro, qui in cer-
tamina descendunt, omnium ingenii lōge scele-
satissimi: Cocconas, opinor, erat cognomē: cir-
cubant, imposturis ludificātes, ac pingues ho-
mines (sic enim illi peculiari magorum lingua
vulgus appellant) detōdentes. In his Macetim
mulierē opulētam nacti sunt, natu quidē gra-
uiorem illam, quam ut amoribus esset idonea,
sed quæ studeret etiamdū amabilis haberī. Ab
hac victus copia suppeditabatur, atque hāc ex
Bithynia in Macedoniā usque sunt consequu-
ti. Nā illi patria erat Pelle, qui locus olim flo-
ruit sub Macedonicis regibus: nūc à paucis iis-
que obscuris & humilibus incolitur. Ibi quū
conspicerent immani magnitudine dracones
placidos admodum ac mansuetos, adeò ut à
mulieribus alerentur, & cum pueris vna cuba-
rent, & calcantes ferrent, neq; commouerētur,
siquis stringeret, premerētq;: denique perinde
atque infantes lac ē papilla suggesterent (nā sunt
id genus apud illos permulti, vnde verisimile
est olim illam de Olympiade fabulam incre-
buisse: quū Alexandrūm conciperet, huiusmo-
di dracōne quopiam, opinor, cum ea concum
bente) mercati sunt ex his serpentibus vnu, qui
esset pulcherrimus, obolis sanē paucis. Atque

Jvt Thucydidis vtar verbis) hinc iam fuisse
erit, nimirū quū duo facinorosissimi, & impo-
mansi audacia prædicti, neque non ad maleficia
promptissimi, societatem iniissent, facile per-
penderunt hæc duo potissimum in hominū via
tyrānidem obtinere, spem ac metum, quorum
vtroq; si quis ad commoditatēn vteretur, fore
vt is illico ditesceret. Siquidem utriusque iuxta,
vel ei qui metu laboraret, vel huic qui spe te-
neretur, videbant præscientiam quammaxime
necessariam esse, summeque desiderari: atque
hac via Delphos olim fuisse ditatos, factosque
celebres: præterea Delū, Clarū, & Branchydes:
nimirū hominibus per hos, quos modo dixi
tyrānos (nēpe spē ac metū) ad sacra cōfluentia
bus, ac futura prædiscere cupientibus, atq; hu-
ius rei gratia hecatōbas immolatibus, aureosq;
dedicantibus lateres. Hæc vbi inter se seversa-
sent, vtrōq; ac citro agitassent, visum est vati-
ciniū oraculumq; constituere. etenim si res ea
processisset, sperabāt se protin⁹ diuites atq; fœ-
lices fore. Quod quidē negotiū magnificētius
etiam illis successit; quām expectauerāt initio;
& vel spe melius euenit. Hinc iam spectare coe-
perūt, primū quidē de loco: deinde quonā ex-
ordio, quāve ratione negotiū oportet auspi-
cari. Cocconas igitur Chalcedonē opportunā
esse censuit, vt pote regionem à negotiatorib⁹

frequentatam, tum Thraciæ Bithyniæq; con-
finem neque longe dissitam ab Asia Galatiæ-
que, omnesq; ite imminentibus populis. At è di-
uerso patria suá prætulit Alexáder: nam aiebat,
ut quod erat res, ad huiusmodi negotiorū au-
spicationem aggressionemq; hominibus opus
esse crassis & stolidis, & qui viderentur admis-
sari: cuiusmodi Paphlagones affirmabat esse
hos, qui supra Aboni murum incolunt, nem-
pe superstitiones plerosque, ac stolidos: qui si-
quis tantum apparuisset, tibicinem aut tympa-
nistam, aut qui cymbala pulsaret secum addu-
cens, cribro (quod aiunt) vaticinans, illico ve-
bementer omnes in illum inhient, & perinde
ut cælitum quempiam intueantur. Hac de re
quum controvèrsia nonnihil inter illos fuis-
set, tandem vicit Alexander. Itaque profecti
Chalcedonem (nā id oppidum visum est hac
parte habere nonnihil ipsis conducibile) in A-
pollinis templo, quod est apud Chalcedonios
vetustissimum, æreas defodiunt tabellulas, quæ
dicerent, breui admodum AEsculapium vnà
cum patre Apolline in Pontum aduenturum,
atque Aboni murum inhabitaturum. Eæ tabel-
læ quæ essent de industria repertæ, facile ef-
fecerūt ut hic rumor in omnem usque Bithy-
niam ac Pontū dimanaret, multo autē ante a-
lios in Aboni murū: nam hi protinus statuerāt

etiam templū erigere, iamque fundātū, sibi
cum effoderant. Hic igitur in Chalcedonis re-
lictus, Cocconas ancipitia quædam, atque am-
bigua obliquaque conscripsit responsa. Dein-
de paulò pōst diē obīt, à vīpera (sicut opinor)
ictus. In huius demortui locum accersitūr A-
lexander, ac succedit iam cōmatus, cæsariēque
promissa tunicā indutus purpureā albo inter-
mixtam, supra eam veste amictus candida, fal-
cem tenēs exemplo Persei, à quo se maternum
genus ducere prædicabat. At perditissimi illi
Paphlagōnes quum ambos illius nōsſent pa-
rentes obscuros atque humiles, tamen oraculo
crediderunt ita canenti, Persides genere gratus
Phœbo iste videtur, Dius Alexander Podaliri-
sanguine cretus. Hic nimirum Podalirius li-
bidinosus erat, ac natura mulierosus, adeo ut à
Tricca ad Paphlagoniam usque in Alexandri
matrē sit incitatus illectusque. Repertum est a-
liud oraculum, quasi Sibyllæ prædiuinantis,
Ad maris Euxini littus, iuxtaque Sinopam
Tirside erit quidā Ausonia de gēte sacerdos:
Qui prima ex monade, tribus ac decadis, reſe-
rabit

Quinq; alias monades, vienāque ter repetita
Quadrorbē numerū, referētem nomina diui,
Qui veniet latus opem mortalibus ægris.
Alexander itaque multò pōst in patriā irruens

cum eiusmodi tragœdia conspicuus erat ac splendidus: quum interim furore afflatum sese non unquam adsimulabat, ore spuma cōpleto: id quod ille facile efficiebat, radiculæ (ea est herba lauandis lanis idonea) radice comman- ducata. Exterū illis diuinū quiddā, ac formi- dandum spuma videbatur. At multo antea si- bi finxerat, parauerantq; ē linteis cōfectū dra- conis caput, quod speciem quandā humanam præ se ferret, colorum fucis mire adsimilatū, quodq; pilis equinīs os & aperiret, & claude- ret. Tum lingua (sicut est draconū) bisulca atra prominebat, quæ & ipsa pilis agebatur. Porro Pellitus ille draco iam pridem erat in prōptu, domique alebatur: quum res postularet, tam ab illis proferendus, vnaque in partē tragœdiā acturus, vel princeps potius huius futurus fa- bulæ. Iam vero ut erat maturum aggredi, tale quiddam machinatur, noctu veniens ad tem- pli fundamenta nuper effossa. Conſtiterat au- tem in eis aqua, siue quod ea indidem alicūde diſtillauerat, siue quod ex æthere deciderat: il- lic quū antea excauatū deponit, quod quidem intus occultabat fœtum recens ediuū serpētis. Id quum alte demersisset in abditas luti cauer- nas, tursum illinc discessit. At mane quū in fo- rum proſiliiffset nudus, niſi quod subligari cir- cum pudenda tectus erat, eoque inaurato: tum

falcem illam gestans, simulque solutam ventilans, iactansque comá, eorū more, qui à Cybele deorū, matre afflati conueniunt, ac numine rapiuntur: consensa sublimi quāpiam āra concionabatur, ciuitatē eam beatā esse prædicans, quæ mox deum propalām esset ostēs uera mortalibus. Potrō qui aderant (nā cōcurrerat vniuersa propē ciuitas) vna cū mulierib⁹; senibus, pueris admirabantur, ac vota facientes adorabāt. At ille voces quasdā sōnas incognitas, nihilq; significātes, cuiusmodi sint Hebræorum aut Phoenicū, attonitas eos reddebat, vt qui nī hil intelligeret eorū quæ dicebat, nī si solū hoc, quòd Apollinē AEsculapiūm q; passim admiscebat. Sub hæc ad institutū templū curriculo fugiebat: accedensq; ad fossam ac fontē illum quem iam ante conditū oraculū præstruxerat: ingressus aquā, magna voce canebat laudes Apollinis & AEsculapii, invitabatque deum, vt dexter ac fœlix in ciuitatē adueniret. Deinde phialā postulat: eā porrectā à quopiā, facile immergens, vna cum aqua lutoque haurit, & ouum in quo nimirū ille deum cōcluserat, candida cera, cerussaq; cōmissuram operculi ferruminans. Id quum manu cepisset, affirmabat iam AEsculapiū tenere se. Interim illi stupidis defixisque intuebantur oculis, expectantes quidnā esset futurū postea, iādudū admirātes,

āmā in aqua repertū. Porro posteaquā fregisset
idē caua vola cōpressum, ac serpētis illius fœ-
tum exclusum excepisset, simulatq; mouētem
hūc sese cōspicerent ii qui aderāt, ac digitis cir-
cunvoluente, protinus vocē tollebant, deūmq;
eos salutabant, ac ciuitatē eam fortunatam esse
dictitabant: singulique affatim votis impleban-
tur, thesauros, opes, prosperam valetudinem, a-
liaque id genus ab illo flagitātes bona. Hic ille
rursus cursim sese domum abripuit vna secum
asportans, modo editum in lucem AEscula-
pium, bis natum scilicet, cum semel duntaxat
nascantur homines: atque eum non ex Coro-
nide per Iouem, id est cornicula (nā id matris
nōmē fertur) neque ex cornice, verum ex an-
sere progenitū. Populus autem vniuersus con-
sequebatur, omnes afflati deo, atque ob spes a-
nimō conceptas furore correpti. Interdiu igi-
tur se domi continebat, sperās fore, id quod &
euenit, vt fama permoti, Paphlagonū pars ma-
xima concurreret. Ergo posteaquā vrbs ita es-
set hominibus referta, vt iam redundaret: sed
quibus omnibus iam antea tum cerebrū, tum
cor esset exemptū, nec vlla parte similes vide-
rētur viris pane vicitatibus (vt loquūtur poe-
ta) verū qui præter solā figurā nihil à pecudi-
bus distaret: in ædiculis quibusdā, in lecto resi-
dēs, eo videlicet ornatu, qui vratē mirè deceret:

imponit in sinū Pellatum illū AEsculapiū, qui
quidem erat, vt dictū est, maximus pulchori-
mūsque. Hunc totū vbi collo circundedisset,
caudā foras prominere sinens (erat autē ingēs
adeò, vt cū per pectus illius effunderetur, pars
tamen humi traheretur: solum autē caput sub
alis abditum teneret, illo nimirū omnia férēt)
linteaceum illud draconis caput, altera in ami-
ctus parte contextum ostendebat, quod pro-
sum illius esse draconis videretur, qui à pector-
re prominebat scilicet. Iam vero mihi cogita-
xidiculas non admodum illustres, nec ad fatig-
atatem vsque luminis capaces: tum turbam ho-
minum conuenarum, quique aliis ex locis alii
concurrisse, tumultuātes: ac prius etiā quām
ista viderent, mente attoniti stupefactique, de-
nique spebus illis sublati: quibus ingressis, non
mirū si res visa est portētosa, videlicet ex mo-
dō pusillo serpēte, intra pauculos dies tam im-
manem extitisse draconem humana specie, at-
que eum in super mansuetum cunctabilemque.
Protinus autē ad exitum properabant, & prius
quām exactius essent contemplati, protrude-
bantur ab iis, qui noui semper ingrediebantur.
Porro è regione ianuæ, per quā intrabatur, pa-
tefactū erat & aliud ostiū, per quod exiretur.
Cuiusmodi quiddā & Macedonas in Bablylo-
ne fecisse ferunt in Alexандri morbo, quū illē

gratulerū iam ægrotaret, illi obsessa regia defyde
farent eum intueri, ac supremū alloqui. Atque
hoc spectaculi scelestus hic nō semel, verū cre-
bris exhibuisse dicitur, maxime si qui diuites
aduenissent recentiores ac nouitii. Hoc loco,
charissime Celse, si vera fateri volumus, æ-
quum est veniam dare Paphlagonibus ac Pon-
ticos illis hominibus, nimirum crassis & ineru-
ditis, si delusi sunt, quum draconem manu cō-
tinigerent: nam hoc quoque largiebatur Ale-
xander iis qui voluissent: quūmque conspice-
rent in dubia malignāque luce imitatum illud
illius caput, os scilicet nunc aperiens, nūc clau-
dens, tanto artificio, vt res planè Democritum
aliquem requireret, aut certe Epicurum, Me-
throdorūmve, aut alium huiusmodi quempiā,
qui prorsus adamantinam aduersus hæc, atque
id genus alia, mentem obtineret: qui nullo pa-
sto crederet, quique vel quid esset rei conie-
cturis colligeret: vel si viam etiam modūmque
peruestigare non quiret, illud tamen antea sibi
persuasum haberet, fugere quidem sese mo-
dū rationēmque præstigiaturæ: cæterum quicq;
quid esset negotii, prorsus simulatū fucatum
que esse, ac ne fieri quidem vlla ratione potuiss-
se. Paucis ergo diebus confluxit tum Bithy-
nia, tum Galatia Thraciāque: eorum qui renū-
tiabant, unoquoque, vt fit, affirmante sese pri-
mū nascētem vidisse deum, deinde paulò post-

l.i.

eundē cōtrectasse iam grandē admodū factū,
vultu etiam homini adsimilem. Accedebat ad
hæc picturæ, imagines, signa deum referentia,
partim ex ære, partim argēto efficta. Postremo
nomē etiam inditum: nam Glycon appellatus
est: idque iussu diuino carmine prodito. Ad
huncenim modum eloquutus est Alexander,
Sum ille Glycon, hominum lux, ex loue ter-
tia proles.

Ast ubi iam maturū esset, vt cuius rei gratia ha-
ctenus omnia fuerāt excogitata, respōsa quoq;
redderet iis, qui requisiuerent: diuinarētq; ac-
cepta videlicet ansa ab Antilocho, qui apud Ci-
lices nātē egerat (nā is quoque post patris Am-
phiarai interitū, posteāq; quam ille inter The-
banos extare desūsset, patria pulsus, atque in Ci-
liciam profectus, haud incomode rem gessit;
quū Cilicibus euentura prædiceret, binos obo-
los pro singulis accipiens respōsis) Ab hoc, ita-
quam, arrepta ansa, prædictit Alexander omni-
bus qui aduenerant, fore vt deus ipse responda-
ret, eiisque rei diem quendam certū prælo-
quutus est. Iussit autē vt quisque quod videre-
tur, quōdque maxime discere vellet, id in libel-
lo cōscriberet, eūnque funiculis obuinctum,
cera argillāve, aut simili re quapiā obsignaret.
Se vero receptis libellis, cum subisset adyta fū-
enim oraculum erat extructū, & apparatæ cor-
tinæ) ordine per præconem ac theologum eu-

caturū eos qui tradidissent: dehinc ubi de singulis esset edictus à deo, libellos redditurum, ita ut traditi fuerant, obsignatos: subscripto illis responso pro cuiusque argumento, deo nimis respondente, quacūque de re quis esset sciscitatus. Erat autem hic dolus, homini cuiusmodi tu es, aut etiā (si modo dictu non est inuidiosum) cuiusmodi sum ego, manifestarius, neque difficilis animaduersu: verum idiotis, quibusque nares essent mucco obsitæ, minimusque emūctæ, prodigiosum, planèque incredibile quiddam esse videbatur. Etenim quum varias esset commentus artes, quibus signa tollerentur: quæ quisque sciscitabatur, ea legebat: atque ita quæ viderentur, ad interrogata respondebat. Deinde rursum obuincta obsignataque reddebat, non sine summa admiratione eorum qui recipiebant. Plurimus enim hic inter illos erat sermo, Qui tandem scire potuisse iste, quæ ego illi tradidi, sane quam diligenter obsignata signis, imitatu neutiquam facilibus, nisi reuera deus esset quispiam, cui cuncta sint perspicua? Sed iam quibus artibus id effecerit, forsitan à me requires. Accipe, quo videlicet imposturas eiusmodi deprehendere queas, & coarguere. Prima ratio sic habebat Celse charissime: Eam ceræ partem quæ post signum hærebat, acu candefacta liquefactam diducebat: tum ubi legisset, rursum calefactam

acu ceram, eam quæ à tergo funiculi fuerat, si-
gno codē manente, facile coagmentabat. Poi-
ró secundus modus constat per id, quod colly-
rium vocant. Id conficitur ex pice Beritiae, bi-
tumine, ac lapide perspicuo trito, tum cera &
masticha. Confectum igitur ex his omnibus
collyrium igni calefactum, inuncto prius suil-
lo pingui, signo applicabat, ac symboli figuram
excipiebat. Id simulatque siccum esset factum
(siccabatur autem protinus) commode resigna-
bat libellos quib⁹ prælectis imposita, cera de-
nuo, perinde atque è lapide, signum idem
primebat, ad archetypi similitudinera misce-
fictum. Post hæc iam tertiam accipe rationes.
Calce in gluten injecta, quo vulgo codicillos
adglutinant, atq; ex his confecta ceu cera, mol-
lem adhuc eā admouebat signo, statimque de-
trahebat. nam ilico siccescit, adeo vt cornu vel
færo potius reddatur solidius. Hac ad impri-
mendum signum vti consueuerat. Sunt præter
has & aliæ complures viæ, quas omnes referre
nihil necesse est, ne parū videar modestus, ma-
xime quum tu in his quos de magorum arti-
bus conscripsisti commentariis tum pulcher-
rimis, tum vtilissimis, quique modestos red-
dere queant, si quis in eis euoluendis versetur,
abunde multa retuleris, lōgèque his nostris co-
piosiora. Reddebat igitur oracula, diuinabatq;;
non mediocri ad eam rē vtēs ingenio, arteque

negotium reddens probabilius, dum aliis obli-
qua quædam & ambigua respondet ad ea quæ
proponebantur, aliis penitus obscura: quando-
quidem & hoc oraculis ille conuenire iudica-
bat. Alios item deterrebat, alios adhortabatur,
prout sibi magis conducere cōiectasset. Non
nullis remēdia morborū, vitæq; rationes p̄t̄-
scribebat, cum sciret (vt initio diximus) com-
pluta, atque efficacia pharmaca. Maioretū autē
in modum cytmides ab illo probabātur: id est
nomen confictum emplastri, vrsino adipe con-
fecti. Porro spes, rerūque successus & incre-
menta, neque non hæreditatum obuentus sem-
per in aliud tēpus reiiciebat, illud interim ad-
dens, Cuncta hæc tum obtingent, cum ipse vo-
lam: quīunque vates meus Alexander me ro-
gabit, prōque vobis vota faciet. Denique mer-
ces erat vnicuique responso p̄stituta, nempe
drachma cum obolis duobus. Ne vero pusillū
aut exiguum fuisse putas amice hunc quæstū,
quum in annos singulos ad septuaginta aut
octoginta milia redierit, vsque adeò audis &
insatiabilibus hominibus, vt singuli supra decē
aut quindecim rogationes traderent. Cæterum
ea quæ capiebat, non ipse solus solitus est insu-
mire, nec rursum ad congerendas opes in the-
saurum reponere, verum complures & alios
habebat secum adiutores & ministros, tum qui
scitarentur, qui versibus oracula conderēt, qui

responsa seruarent, qui subscriberent, qui cognarent, qui interpretarentur, quorum vnicum, que pro dignitate meritoque lucrum impetrabant. Ad hæc nō nullos foras & in lōginqwas regiones emandarat, qui famam eius oraculi inter gentes dissiparent, affirmantes ipsum etiam prædicere reuocarēq; fugitiuos, fures ac prædones indicare, thesauros effodiendos ostendere, morbo laboratibus mederi, quosdam etiam vita defunctos in vitam reuocare. Cōcurreretur igitur vndiquaque, magnoque tumultu cōcitati adproperabant, sacrificabatur, dicabantur munera, eāque duplicata, prophetæ discipulōq; dei. Iam enim & tale quoddā oraculū exierat, Muneribus décorare meum vatēm atque ministrum.

Præcipio: nec opū mihi cura, at maxima vatis. Verū vbi iā plerique, quibus mētis plusculum īnerat, nō secus atque ex alta ebrietate resipiscētes, conspirassent in illū, præsertim ex his, qui studebāt Epicuro: iamque paulatim in oppidis deprehēderetur vniuersa præstigiatura, fictusque fabulæ apparatus: horrendū quiddā in eos edidit, dices impiis & Christianis impleri Pontum, qui non vererētur in sese turpislime male dicere: eos iussit lapidibus pellerent, si modo vellent propitiū habere deum. Porrò super Epicuro huiusmodi quoddam oraculū prodidit: Sciscitanti cuiquam, quid ageret apud inferos

Epicurus: Plūbeis, inquit, cōpedibus vincitus in
cenō desidet. Et adhuc miraris, si magnopere
creuit eus celebritas oraculi, cū videoas inter-
rogationes adeuntium, quām sint prudentes,
quāmque eruditæ? Modis autem omnibus bel-
lam erat illi cum Epicuro sœuum & irreconcil-
liabile, idque iure optimo. Nam cum quo tan-
dem iustius bellū gerat homo præstigiator, &
monstris ac portentis amicus, veris inimicis-
simus, quām cum Epicuro, viro videlicet qui
rerum naturā perspectam haberet, quīq; vnus
quid in his esset, verum videret? Nam Plato-
ni, Chrysippo, aut Pythagoræ erat amicus, at-
que alta cum illis pax intercedebat. At intra-
ctabilis ille Epicurus (sic enim appellat eum)
erat illi plurimū inuisus, atque id merito: quip-
pe qui hæc omnia ridicula ac ludicra duceret.
Quam ob causam inter vrbes Ponticas Ama-
strim in primis habebat exosam, eo quòd acce-
perat eos, qui cum Lepido erant, alios item ho-
rum consimiles quamplurimos ea in ciuitate
versari. Neque vnquam Amastrino cuiquam
oraculum reddidit. Quin vbi conaretur etiam
fratri proconsulis respondere, deridicule pro-
fecto discessit, cum nec ipse quemadmodum
idoneum oraculum fingeret, inueniret, nec ha-
beret qui sibi in tēpore posset componere. Nā
cum ille de stomachi dolore conquirenti vel-
let præscribere, vti suillum pedem cum malua

præparatum ederet, hunc in modum ait, ^{neq; illi}
 Maluaca porcorum sacra cunimato Sipydnus
 Crebrius autē (vti iam diximus) draconem ostendebat iis qui vellent, haud totū tamen, sed caudam potissimum, ac reliquū corpus oculis exponens: caput verò ne videri posset, abditū insinu seruabat. Verum quo magis etiam redderet attonitam multitudinem, pollicitus est se sibi exhibiturum ipsum deū loquentē, citrāque interpretē edētem oracula. Deinde nō magna negotio, gruum arteriis contextis; ac per lineū illud draconis caput, quod erat arte ad simulatū, insertis, alio quopiam per has foris insonante, responsitabat ad ea quā proponebantur, voce nimirum per linteaceum illum. AEsculapiū ad aures promanāte. Huiusmodi responsa ~~adū~~ τόφωνα dicebantur, id est ipsius voce redditā: neque quibuslibet, neque passim dabātur, verum splendidis modo atque opulentis, & qui grandia largirentur. Itaq; quod Seueriano redditum est super expeditione in Armeniam suscipienda, ex Autophonis erat. Adhortās enim illum ad incursum eius regionis, sic ait,
 Parthis Armeniisque citato Marte subiectis,
 Romā vrbē repetes, & claras Tybridis vndas,
 Vertice serta gerens radiis distincta serenis.
 Deinde posteaquā vecors ille Gallus persuasus, incursionē fecisset, euenissētq; vt vnā cū exercitu cæderetur ab Othryade, hoc oraculū ē mo

inimicentis fustulit; atq; aliud in eius locū substituit huiusmodi,

Agnere il Armenios ne duc: neque enim expedit isthuc:

Nec tibi fœmineis vir amictus vestibus, arcu
Exitium immittat, vitaque ac lumine priuet.

Siquidem & hoc interim callidissime fuerat
conuentus, vt posterioribus substitutiisq; re-
spōsis, ea quæ perperā malēq; euenissent, sarcī-
ret ac mederetur! Sæpius enim ægrotis prius
quām moreretur, prædixerat fore vt reualesce-
ret: quibus morientibus, alterū oraculum ilico
paratum erat, quod superiori diuersa caneret,
Posthac desine opem morbo petere exitiali:
Mors etenim manifesta, nec euitare licebit.

Porro cū nō ignoraret, qui in Claro ac Didy-
mis, Mallōque responsa cerebāt, ipsos quoque
huiusmodi quadā arte diuinandi celebres ha-
beri, eos sibi reddebat amicos, plerosque con-
sultorum ad illos remittens, his verbis,
Nunc Clarō ito, mei vocem patris auditurus.

Et rursus,

Branchydica accedas adyta, atq; oracula quæ-

ras.

Et iterum,
Mallon abi, Amphilochi quærés oracula vatis.
Et hacten⁹ quidē de iis, quæ intra patriæ fines
vsque ad Ioniā, Ciliciā, Paphlagoniam, Gala-
tiā inque designauit. Ut vero & in Italiā oracu-
li fama permanauit, inq; ipsam Romanorum

urbem iam nemo omnium erat, qui non esset
aliū anteuertere studeret, dum hi quidē eō pro-
ficiuntur ipsi: illi vero mittunt, potissimum
hi, qui potētia atque authoritate plurimum in
republica pollebant: quibus princeps quāsque
signifer extitit Rutilianus, vir alias quidē ho-
nestus ac probus, tum compluribus in præliis
Romanorum spectatæ virtutis: sed qui in his
quæ ad deos pertinēt, parū sancè saperet, ut cui
prodigiosa quædā de illis essent persuasa, adeo
ut sicubi lapidē vel inunctum, vel coronatum
cōspexisset, cōtinuò procideret atq; adoraret,
ac diutius aduolut? vota faceret, bonaq; ac læ-
ta ab illo postularet. Hic igitur simulatque de
oraculo inaudisset, parum aberat quin omissio
quē tenebat exercitu, in Aboni murū auolarit:
alios autē post alios eō legabat. Porro qui mit-
tebatur, seruuli nimirum idiotæ quidam facile
decepti, domum redibat, referētes partim quæ
viderat, partim tanquā vidissent, audissēnt quæ
permulta insuper accumulātes illis, quo domi-
no fierent cōmendatores. Inflammariū itaq;
senem infœlicem, & in vehemētem insaniam
impulerunt. At ille passim ad omnes amicos
accedens, quos habebat, cum plurimos, tum
potentissimos enarrabat, partim ea, quæ ab iis
quos miserat, accepisset, partim quæ ex sece ef-
finixerat. Et ad eū modū iste compleuit vībē,
concitauitque quamplurimis item aulicis ex-

paucis factis atque attonitis. Qui protinus & ipsi cupiditate flagrare coeperunt, ut aliquid suis de rebus audirent. Porro Alexander aduenientes comiter excipiebat, ac xeniis, aliisque magnificis donatos muneribus ad eum remittebat: hoc agens, uti non solum renuntiarent oracula, verum etiam dei laudes canerent, ac portentosa quædā de oraculo dēque ipso mentionentur. Excogitarat autem ter scelestus ille quiddam neutquam inscitum, & ingeniosius, quam ut in vulgarem cōpetat latrone. Etenim resignatis libellis ac perlectis, si quid offendisset in iis quæ proponebātur, ita scriptum, ut cum periculo ac discrimine eius qui scripsisset, si proferretur cōiunctum videretur, apud se detinebat: neq; remittebat, quo videlicet obnoxios ac propemodum seruos ob metum sibi reddebat eos qui miserāt, quum in mentē illis veniret, cuiusmodi de rebus cōsuluisserit. Intelligebat autē esse cōsentaneū, ut qui opibus ac potentia præcellerēt, eiusmodi rogationes essent proposituri. Ab his munera quāplurima ferebat: quippe qui non ignoraret se in casis eius teneri. Libet autē aliquot ex his responsis cōmemorare, quæ Rutiliano reddidit. Huic sci scitanti de filio, ex uxore priore suscepto, qui iam per ætatem maturus esset ut disciplinis eruditus, quem instituendo in literis illi præceptorem deberet adhibere, ita respondit,

Pythagorá, egregiéque canentē prælia vatem.
Deinde paucis pōst diebus, extincto pucro, ip-
se quidē hærebat: nec habebat quod incusanti-
bus respōderet, oraculo videlicet ita re præsen-
ti cōfutato. At Rutilianus optimus vltro occu-
pans, defendebat oraculū, affirmás hōc ipsum
portēdisse deū, qui iussisset neminē quidem ē
vīuis adolescentulo deligi præceptorē, sed Py-
thagorá potius, atq; Homerū iam olim defun-
ctos, quibuscū credibile esset eum iam versa-
ri. Quid igitur Alexādro vitio vterere connec-
nit, si istiusmodi homunculos dignos habuit,
quibus fucū faceret? Rursum eidē percontati,
cuius tandem animam esset sortitus, ait,
Principio fueras Pelides, deinde Menander,
Deinde is q nūc es: pōst fax Phœbæa futur⁹,
Octoginta æuū ac centum produxeris annos.
At hic septuagenarius interiit, in insaniā ver-
sus, haud expectato dei promisso. quanquam
hoc quoq; oraculū ex Autophonis erat. Eidē
item de vxore ducenda percōtanti, aliquando
incunctanter ac palām respondit,
Ducito Alexandru natam, Lunāque puellam.
Siquidē iam olim rumorē dissiparat filiā quā
habebat ē Luna sibi susceptam fuisse. Lunā ē-
nim ipsius amore captā fuisse, quū dormientē
aliquando conspexisset: nā id illi familiare est,
formosos somno sopitos adamare. Porrò Ru-
tilianus vir prudētissimus, nihil cūctatus, pro-

ām' accersit virginē, nuptias cōficit, spōsus iam sexagenarius, cōcumbitq; socrū suā Lunā solidis Hecatombis placás, iámq; sibi v̄nus ē cælitum numero videbatur. At hic vbi semel in Italia rē esset aggressus, maiora in dies ad hæc excogitabat, & in omnes Romanæ ditionis partes, qui perferret oracula, dimittebat, prædicens ciuitatibus cauendā esse pestilentia, incēdia, terræ motus, se certa remedia traditurū, ne quid horū accideret, pollicebatur. Iámque quū pestilētia increbuisset, vñū quoddā tale oraculum, Autophonō & hoc, quoquò versum gētium prodiderat, vñico carmine cōprehēsum,

Intonsus nubem pestis depellit Apollo.

Atq; hūc versiculū videre erat passim pro foribus descriptū, tanquā aduersus pestilentia remedio futurū. Verū ea res plurimis diuerſam in partē euenit, propterea quōd fortuna quadā sic accidit, vt ex dom⁹, quibus hīc versus esset inscriptus, potissimum desolarētur. Neq; vero me putes illud dicere carmē in causa fuisse vt interierint, verum casu quodā ad hūc modum accidit. Et haud scio, an pleriq; freti carmine, negligētius ac securi⁹ vixerint, nihil aduersum pestē præter oraculū adhibentes: perinde quasi syllabus pro sese pugnātes haberēt, & intōsum Apollinē telis pestē propellentē. Exploratores item ex suā cōiuratione quāplurimos Romæ constituerat, qui sibi qua quisque mente esset,

indicarēt, ac prius q̄ oraculū adiissent, illi signi-
ficarēt quidnā essent percōtaturi, quidque pa-
tissimum cupere viderētur, vt etiā prius q̄ adue-
nissent ii qui mittebātur, ille iā ad respōdendū
instructus ac paratus esset. Atq; hæc quidē &
id genus alia machinamenta, aduersus Italicas
vrbes præstruxerat. Nam præter hæc & initia-
tiones quasdā instituerat, tædarum per manus
tradēdarum gestationes, & sacrorum ceremoni-
rias, quæ quidē tribus ex ordine diebus cōti-
nenter peragerētur. Ac primo quidē die Athē-
niensium ritu, denuntiatio siebat huiusmodi.
Siquis impius, aut Christianus, aut Epicureus
mysteriorum explorator accessit, discedat. Cæ-
terum qui deo credūt & parent, sacris fœlici-
ter initietur. Sub hæc protinus exigebātur, il-
lo præcūte, dicentēq; Foras pellātur Christia-
ni. Tum multitudo acclamabat vniuersa, Fo-
ras pellātur Epicurei. Dehinc Latonæ puerpe-
rium agebatur, & Apollinis natuitas: tum Co-
ronidis nuptiæ: demum nascebatur AEscula-
pius. Altero die Glycon in lucē emergēs, deiq;
exort⁹. Porrò tertio die Podalirii cum Alexá-
dri matre cōiugium agebatur. Dadis autem is
appellabatur, idque ex re, propterea quòd faces:
quædā incēderētur. Postremo loco, Lunæ at-
que Alexandri mores, ac nascēs Rutiliani con-
iunx. At vero facē gestabat, mysteriāque age-
bat Endymion Alexander, quum hic dormiēs

Scilicet, in medio iaceret: descendebat autem in eum ē tecti fastigio, tāquam ē cælo, Lunæ vicem agens, Rutilia quædam formosissima cuiusdam ē Cæsareæ domus præfectis vxor, quæ nimirum ut amabat Alexandrum, ita viciſſim ab illo amabatur. Ac sub oculis perditissimi illius mariti tum cōplexus agebantur, tum oscula, idque in propatulo. Quod nisi complures fuissent tardæ, forsan non nihil: & eorum quæ fieri solent infra sinus, patratum fuisset; Paulo post rursus introibat ornatus sacerdotali, multo cum silentio. Deinde ipse primus clara voce sonabat, *Io Glyco.* Assonabat autē bene canori scilicet homines, nec pe præcones alii quot Paphlagones, Carbatinis calceati, plurimum alii nidorem ructantes, *Io Alexander.* Porro subinde inter gestandas tædas, atque inter mysticas saltationes, femur illius de industria renudatum, aureum apparebat: pelle, sicuti coniicio, inaurata circundata, atque hac ad tædarum fulgorem relucente. Itaque quum duobus quibusdā ex eorum numero, qui desipienter sapientes sunt, super hac re verteretur altercatio, vtrum Pythagoræ animum possideret, videlicet ob femur aureū, an alium Pythagorico illi consimilem, atque eam controuerſiam ad ipsum Alexandrū retulissent: rex Glycon oraculo litem dissoluit,
Pythagoræ mēs moritūrq; oritūrq; viciſſim:

Vatis at est animus diuina è mente profectus.
Hunc pater auxilio misit iustisque piisque.

Et rursus,

Tecta Iouis repetet, Iouiali fulmine tactus.
Porro quum cunctis aliis denutiaret, vt à puerili concubitu temperarent, ceu re nefaria, vir ille egregius tale quiddā ipse machinatus est. Ponticis ac Paphlagonicis urbibus imperabat, vt tantisper quoque anno mitterent qui deo dicarēt, eiisque laudes apud se caneret. Verū mitti oportere spectatos ac selectos: nepe nobiliter & ætate florētissimos, formāque eximios. Cibis inclusis, in emptitiis ad libidinē abutebatur, modis variis in eos desbacchari solitus. Præterea legē quoq; cōdiderat, ne quis maior annis octodecim sese admoto ore cōplecteretur, néve cum basio salutaret, sed reliquis manū duntaxat osculandā porr̄gēs, solis ætate formāq; floridis osculū dabat, atq; his quidē inde cognomē inditum, vt intra osculū constituti diceretur. Atq; in hunc modū vecordibus ac stupidis mortalibus illudēs, perpetuo deinceps suas nequicias exercebat, passim constuprāns uxores, passim liberis abutens. Quin magnū quiddā, cunctisq; optandū videbatur, si cuius uxorē vel aspexisset modo. Porro siquā etiā osculo dignat⁹ fuisse, nemo non ita putabat, quicquid esset bonarū fœlicitatū, id omne semel in eam domū influxurum.

esse. Præcisus insuper, atque eæ nō paucæ, quæ sese
 etiā peperisse ex illo iactarēt: quod ita esse ma-
 riti suo testimonio cōfirmabat. Lubet etiā dia-
 logum tibi referre Glyconis & sacerdotis, viri
 cuiusdā Tyanei, cuius sapientiā ex his quæ sci-
 scitatus est, coniicias licebit. Hunc equidē legi
 pridem aureis descriptū literis, Tii, in ipsis sa-
 cerdotis edibus. Dic, inquit, mihi rex Glycō,
 quisnam es? Sum ille, inquit, minor AEscula-
 pius. Non alijs ab illo priore? quid ais? Haud
 fas est ut isthuc audias. Sed quot annos apud
 nos permanſurus, atq; oracula redditurus? Ad
 millesimū tertium. Deinde quò demigraturus?
 Ad Bactra; atque in eas regiones. Siquidē opor-
 tet & barbaros meos victu, meaque præsentia
 frui. At reliquæ sortes, puta quæ in Dindymis,
 Claro, Dolphisque redduntur: vtrum ab autho-
 re proficiuntur Apolline, an vana sunt quæ
 illic induuntur oracula? Ne isthuc quidem scire
 quæsieris, nefas enim. Cæterum ego quis tan-
 dem post hanc vitā futurus sum? Camelus, de-
 inde equus, post hæc vir sapiēs, ac vates nō in-
 ferior Alexandre. Atque hæc Glyconis cum fa-
 cerdote confabulatio. Postremo & oraculum
 carmine comprehensum edidit, quū non igno-
 raret illum amicum esse Lepido:
 Ne pere Lepido: nāq; huic fatū instat acerbū.
 Mirum etenim in modū metuebat Epicurū, si-
 eu ti superius dictū est: nimirū vt artificē ac sa-

piente, suis artibus atque imposturis horrore atq;
infensum. Itaque ex Epicureis quēpiāi ausum
se multis præsentibus coarguere, propemodū
in vita discrimē adduxerat. Siquidem adiēs il-
le, clara voce dicebat, Tu nimirū Alexáder Pa-
phlagoni cuidā persuasisti, ut seruos suos apud
Galatiæ præfectū capitis accenseret, hoc nomi-
ne, quasi filiū ipsius, qui tum Alexiadæ erudit-
batur, occidissent. At qui viuit adolescentis, inco-
luntisque reuersus est, famulis iā supplicio affe-
ctis, qui tua opera bestiis traditi perierūt. Por-
rò huiusmodi quiddam acciderat. Cum adole-
scētulus amne aduerso in AEgyptū nauigas-
set, ad inūdationem vsque subducto nauigio,
persuasus est vti pariter in Indiam nauigaret.
Itaque dum diutius abesset, infelices illi eius
ministri rati videlicet vel in Nilo nauigantem
interisse puerum, vel à latronibus (nam id tem-
poris permulti grassabantur) esse peremptū, re-
uersi sunt domum, renuntiantes quemadmo-
dum ē medio sublatus esset. Deinde proditum
oraculum, damnati serui. Sub hæc adeſt adole-
scētulus, peregrinationē suam enarrans. Atque
hæc quidē ille. At Alexáder indignatione per-
citus, quod coargueretur, neque ferens oppro-
bratā sibi veritate, iussit vt qui adessent, lapidi-
bus illum impeteret: alioqui & ipsos impios fu-
turos, atque Epicureos appellandos. Dumque
illi iam lapidare cœpissent, Demostratus qui-

dām, qui diuersabatur in Pōto, primus hominem sui corporis obtegēs obiectu, morti subduxit: alioqui lapidibus obruendum, idque iure opinio. Quid enim oportebat vnum inter tam multos insanentes, sanum esse, atque à Phlagonū stultitia malum sibi accersere? Et illi quidē hæc euenerunt. Cæterū aduocatis iuxta oraculorum ordinem iis qui proposuerant, (nā id fiebat pridie quam respōsa redderet) præcone rogante an vaticinari vellet, si cuiquam ilorum ex adyto respōdisset, in malā rem, huiusmodi hominē neque teōto quisquam excipiebat, neq; igni, aquāve impertiebat: verum erat illi solum aliud aliò vertendum, tanquā impio, deonūmque cōtemptori, atque Epicureo: quod quidem probrū omniū erat grauissimū. Quapropter vnum etiam Alexander quiddam designauit deridiculū. Nactus peculiares Epicuri sententias, librum (vti scis) longe pulcherrimū, summatim Epicureæ disciplinæ decreta complecentem, medium in forum deportauit, ac lignis fculnis exussit, tanquam authorem ipsum exureret scilicet, ac cinerem abiecit in mare, oraculo insuper eam in rem edito,
Edīco decreta senis comburere cæci.

Haud perpendit scelestus ille, quātum adferret is liber commoditatum iis, qui in eo legendo versarentur, quantāmque illis quietē, trāquililitatem, libertatemque pareret, propterea quod

à pauoribus, spectris, ac prodigiis liberans: tū
spes inanes, atque immodicas adigneret cupidi-
tates, mentem sanam ac veritatem inseneret, pla-
néque lustraret animum, nō tēda quidem, aut
squilla, aut aliis id genus nugamētis: ita recta
ratione, vero, ac libertate. Accipe iam facinus
quoddā hominis sceleratissimi, vnum inter o-
mnia multo impudentissimum. Quū iam nō
mediocrē in regiam aditū sibi patefecisset, in-
que aulam Cæsareā: præsertim Rutiliano rem
adiuuāte, atque approbante: quū bellum quod
in Germania gerebatur maxime flagraret di-
uo Marco cum Marcomannis & Quadiis cōse-
rēte, oraculū diuulgauit, quo iubebat, ut duos
leones viuos in Danubium immitteret, variis
cum odoribus, ac sacris quibusdam magnifi-
cis. sed præstat ipsum oraculum referre,
Gurgitibus fluuii turgentis ab imbris Istri.
Immisisse duos Cybeles edīco ministros,
Monte feras alitas: tū quātum alit Indicus aer
Florum atque herbarum bene olentum, móx-
que futura est

Et victoria, pax & amabilis, & decus ingens.
Ea quū essent facta, quemadmodū ille præscri-
pserat: leones quidem simulatq; in hostium re-
gionem enatassent, Barbari canes quo spīā, aut
lupos esse rati, fustibus arcebāt. At nostrorum
protinus maxima strages est cōsequuta, virgini-
ti ferme milibus simul extinctis. His consumi-

Ha sunt ea, quæ in Aquileia cōtigerunt, quū pa-
 rum abfuerat, vt vrbē ea caperetur. At is ad id
 quod euenerat, Delphicā illam respositionem,
 Cresōque redditū oraculū, frigide sanc' detor-
 sit: dicens deū quidem prædixisse victoriā, haud
 tamen explicuisse, vtrum Romanorū esset fu-
 tura, an hostiū. Tandem quum plurimi iam cā
 in vrbem cōflueret, ptemeteturque Abonoti-
 chitarum ciuitas multitudine eorū, qui ad ora-
 culū ventitabāt, neque sufficeret suppeditādis
 nis quæ ad viētum erant necessaria, cōminisci-
 tur oraculorū genus quoddā id, quod noctur-
 num appellabatur. Siquidem libellis indormi-
 re solet, vt aiebat ipse: deinde tāquā in somnio
 diuinitus edoctus respondebat: nihil certi ta-
 men, sed ambigue plerunque ac confusim: ma-
 xime siquos libellos conspexisset, accuratius
 atque obseruantius obſignatos. Ad hūc enim
 modum cītra ullum resignādi periculū, quic-
 quid temere in mentē venisset, subscribebat: ra-
 tus & hoc ipsum oraculis conuenire. Erant au-
 tem ad id nonnulli constituti interpretes, qui
 mercedem non exiguum colligebāt ab iis, qui
 ciuſmodi capiebant oracula, vt etiarrant ea,
 explicarentque: atque hoc illorum munus con-
 ductitio[n]i erat. Nam interpretum quisque ta-
 lentum Atticum pendebat Alexandro. Non
 nūnquam, qūm neque consulteret quisquam,
 neque missus esset aliquis: imò qūm ne esset

quidem huiusmodi quippiam: tamen oraculū
edebatur, uti stultos mortales redderet auctoritos.
Quod genus illud erat,
Huc age quære tuā qui tectus in ædibus, ac te
Clam prorsum, vxorē vultūq; oculisq; decorā
Stuprat adulterio, seruorū ex agmine primus
Ipse cui solus suasisti hæc omnia demens.
Eius enim florem libasti, hoc dedecus ille.
Nūc tibi cōpensans, cū coniuge dormit berili.
Quin iidem tibi iampridem letale venenum
(Ut neq; quæ faciant possis audire, nec vñquā
Cernere luminibus) tecte furtimque pararunt.
Inueniēsque tuo sub lecto pharmaca, iuxta
Parietem, sub ceruicali condita: porro
Istis conscientia criminibus tua serua Calypso est.
Quis Democritus principio nō commouetur,
vbi nominatim & authores, & loca palam
audisset designari? Veram ilico despūisset si-
mulatque cognouisset, quo hæc artificio gere-
rentur. Insuper & Barbaris non raro respondit,
siquis patria lingua sciscitaretur, puta Syriace
aut Gallice, quoties difficile erat inuenire con-
terraneos eorum, qui rogationem proposuis-
sent: proinde receptis libellis, multum interce-
dere solet interualli, prius quam oraculū red-
deret, quo videlicet interim per otium posset &
soluere tuto libellos, & nācisci, qui cuncta pos-
sent interpretari. Quod genus erat & illud Scy-
thæ cuiusdam redditum oraculum:

Morphi ebargulis in umbra chnenchicrāc, re-
linquet lucem.

Alias rursum, quum nec adesset item quispiam,
neque tale quicquam omnino contigisset, ci-
tra carmen eloquutus est, Redito vnde venisti,
siquidem is qui te misit hodie, perit, interem-
ptus à Diocle vicino, accedētibus latronibus.
Mango, Celere, ac Bubalo, qui nunc etiam co-
prehensi tenentur in vinculis. Ceterum pauca
nunc accipe ex his quae mihi ipsi respondit. Sci-
scitato an caluus esset Alexander, quum libel-
los palam atque accurate obsignasse, respon-
sum nocturnū subscribitur: Sabar Dalachi Ma-
lach Attis alter erat. Rursum quum diuersis li-
bellis candem rogationem proposuisse, puta-
cuiatis esset vates Homerus, idque alio atque
alio nomine alteri subscrispsit, videlicet deceptus
a puero, qui rogatus qua gratia venit, Ut reme-
diū, inquit, peterē aduersus laterum dolorem,
Cytmide te iubeo, ac Latonæ rore perungi.

Alteri vero ubi sciscitanti ei dictum esset, utrum
mihi satius esset in Italiam nauigio, an pede-
stri itinere proficiisci, respondit: nihil quidem
quod ad Homerum attineret,

Carpe viam pedibus, rate ne sulcaueris vndas.
Multā id genus aduersus illum sum machi-
natus, quorum de numero fuit & illud, vnicā
rogatione proposita libello pro more inscripto
talis cuiusdam rogationes octo, nomē aliquod

emēitus, missis drachmis item dōtor p̄ficiēta
quod fieri solitum esset adiūgēs. At ille p̄ficiē-
sus, partim missa mercede, partim inscriptione
libelli, ad vnicā rogationē ea erat huiusmo-
di, quando deprehendēdus esset impostař Al-
xander, octo misit oracula: sed quæ neque e-
lūm (quod aiunt) neque terram attingerent,
verum absurdā & intellectu difficultia omnia:
Quod ille vbi in posterū p̄ficiēset, p̄ficiēta
quòd Rutilianū à matrimonio conatus esset
āuertere, suassissimq; ne prorsus in diuinatione
spes reponeret suas: oderat me videlicet, ita ut
par erat, sibi que acerrimum hostem iudicabat.
Quodam itaque tempore percontanti de me,
Rutiliano ita respondit,
Noctiuagis gaudet scortis, spurcōque cubili.
In summa, iure optimo me inuisissimum habe-
bat. Proinde quū me in oppidū aduenisse sen-
sisset, mēque Lucianū esse illū cognouisset (ad-
duxerā autē milites duos, alterū lancea, alterū
cōto armatū, quos quidē à Cappadocię p̄fisi-
de mihi tū amico acceperam, quò me ad mare
vsque dederet) accersit illico sane quām co-
miter multāque cū humanitate. Ego quū ad-
venissem, complures apud illum reperio: porro
bona quadā fortuna & milites vna meū addu-
xeram. Tum ille manū mihi porrigit osculan-
dam, quēadmodum vulgo facere consueuerat.
Ego adnotus, perinde atque osculū daturus,

seri mortuū accipio, ita ut parū absuerit, quo minus illi manū mancā reddiderim. Itaq; qui præsentes erant, præfocare me accedere conati sunt tanquā hominē sacerlegū, quippe qui iam inde ab initio grauter tuberat, q; Alexandrum illū, non autē prophetā cōpellasset. At ille op pide quām generosè obvitens cōpescuit illos, pollicitusq; est se facile me placidū redditū, declaraturūmq; quanto posset Glycon, qui nimis & hos qui maxime sanguinent ferocissimique, sibi reddiceret amicos. Moxq; a blegatis omnibus, necum expostulauit, negās se clā esse quā statuisse Rutiliano. Et quid meliusisset vt ista in se se faceret, quū possem illius opera apud illum magnas ad res promoueri? E quidē hanc hominis humanitatē cōmoditatēque libenter accipio, perpendes nimium, quo forem in periculo constitutus: pauloq; post prodibā, iam illi factus amicus. Ea res profecto iis qui videbant, vehementer erat stupenda, quod tā facile fuisset cōmutatus. Posthac quū iam nauigare statuisse, missis xeniis ac muneribus permultis (erām autē forte solus cū Xenophonte, patre cū reliquis meis in Amastrim præmissa) pollicetur & nauim præbiturum se, & remiges qui nos auerteret. Etenim arbitrabar hæc animo simplici, atq; officiose fieri: verū ubi iam in medio essemus mari, videremq; gubernatorem lachrymantem, & nescio quid reliquis

nautis contradicentē, nō optima de cūtra spe
me ceperūt. Erat autē illis ab Alexádro māda-
tum, vt tollētes nos in mare præcipites daret.
Quod si cōtigisset, facile quod mēcū gereret
bellū, illi debellatū fuisset: sed is qui lachryma-
batur, effecit neqūid in nos grauius patrarent.
Ac mihi quidē ita loquutus est: Annos natus
vti vides, sexaginta, quū antehac pīe atq; incul-
pate vixerim, haudquaquā velim in hac tā grā-
di axtate, præsertim cū uxorē & liberos habeā-
homicidio manus impiare. indicās yidelicit,
cuius rei gratia nos suscepisset, quāq; sibi mā-
dasset Alexander. Expositis autē nobis in AE-
gialos, quorū etiā egregius meminit Homer⁹
retro legit cursum: ibi forte nact⁹ præternaui-
gantes legatos quosdā Bosporanos Eupatoris
regis nomine in Bithyniā proficisciētes, depo-
tandi vectigalis gratia quod in singulos péde-
batur annos: cū exposuisset illis, quod me pe-
riculū circūuallaret: atq; illi se mihi cōmodos
facilesq; præberet, receptus in nauigū, incolu-
mis in Amastrim perueni, tantillū absuerat vt
perierim. Ex hoc nimirum tempore & ipse ad-
uersus illum arma capiebā, omnēmque (quod
aiunt) mouebā funē, quo hominem vlciscerer,
quem iam tum ante mihi structas insidias o-
derā, próq; summo ducebā hoste, propter mo-
rū impietatē. Iāmque ad accusationē intenderā
animum, nō paucis mecum facientibus, ma-

Ximéque qui erant ex Timocratis Hieracleo-
tæ schola philosophi. Verū qui tum Bithyniæ
Pontōq; præsidebat, nos cohibuit, pene suppli-
cans & obsecrans uti desisteremus. etenim ob
necessitudinē quæ sibi cum Rutiliano interce-
deret, ne quaquam posse supplicio afficere, nec
si manifesto in criminē deprehendisset. Atque
ita quidem ab iracundia destiti, méque repres-
si: non in tempore rem aggressurus, cum iudi-
cem habere, ad eum modum affectum. Sed
quid? an non & hoc inter alia facinus audax
Alexandri, à principe Romano postulare ut A-
boni murus, commutato vocabulo, Ionopo-
lis appellaretur? utq; nomisma nouū signaret,
altera quidem parte Glyconis obtinens ima-
ginem, altera vero Alexandri, qui insignia au-
xi AEscalapii, ac falcem illam Persei, vnde ma-
ternum duebat genu, teneret? Porro cum es-
set de se vaticinatus, oraculo prodicto, fatis
decreatum esse vt annos viueret centum &
quinquaginta, dehinc fulmine ictum, interitu
maxime miserando peritum: nondum se-
ptuaginta natus annos interiit, videlicet (vti
conueniebat Podalirii filio) pede ad inguen
vsque putrefacto, & vermibus scatens. Quo
tempore simul & illud deprehensum est, quod
caluus esset: quum medicis caput humectan-
dum præberet ad mitigandū cruciatū, id quod
haudquaquam facere potuissent, nisi detracto

galerietulo. Hunc habuit exitum Alexander
 goëdia, atque hæc fuit totius fabulae catastro-
 phe, ut res videti possit prouidentia quædam esse
 gesta, quum casu nimium ad hunc medium
 euenerit. Restabat illud, ut & epitaphium vita
 acta dignus ei constitueretur, neq; nō certamina
 quædam agerentur ab iis, qui in vaticinio con-
 iurauerat, videlicet impostoribus insignibus ac
 præcipuis ad Rutilianum arbitrum sece confe-
 rentibus, ut is pronuntiaret, quem ex ipsis opor-
 teret in oraculi successionem capessendam eli-
 gi, atque sacerdotali prophetie atque corona re-
 dimiri. Erat autē in hoc numero simul & Pæ-
 tus, qui artis professione medicus cum ciuiis
 quum esset, ista faciebat: neque medico, neque
 homine cano decora. At Rutilianus certami-
 nis arbiter incoronatos eos remittebat, ipsi si-
 bi diuinandi authoritatē seruans, posteaquam
 inde iam demigrauerat. Hæc artice ex pluri-
 mis pauca, quo degustamētum hominis præ-
 berem, scribēda putavi, cum ut tibi gratifica-
 rer, homini familiari atque amico: quémque
 ego vnum omnium maxime suspicio: idque
 pluribus nominibus, vel propter sapientiam sin-
 gularē, vel ob amore veri, vel ob morū māne-
 tudinē ac moderationē, vel ob vitæ tranquilli-
 tate, postremo comitatē atq; humanitatē erga
 hos quibuscū viuis. Tū vero (quod quidem ti-
 bi fuerit etiā iucū dius) ut Epicurum vlciscerer

circum vere sacrum ingenioque divino, quicq;
 solus quæ vere sunt honesta & nouerit, & tra-
 diderit: qui que solus extiterit, qui liberos red-
 dere solitus sit eos, qui secum haberent eosue-
 tudinem. Denique arbitror fore, vt iis qui in
 franc lectionem inciderint, liber hic nonnihil
 utilitatis afferre videatur, dum quædam redar-
 guit, quædam in opinionibus horū, qui & re-
 cēdē sentiant, confirmat ac stabilit.

INDEX EORVM QVAE IN
 suis Scholiis Nicolaus Buscoduccen-
 sis interpretatur.

| A | | At | 8 | Charon | 17 |
|----------|----|----------------|----|--------------|----|
| Achilles | 33 | Attis | 43 | Chaldæa | 21 |
| Aconitum | 56 | Aurigor | 42 | Chio | 23 |
| Æacus | 51 | B | | Chios | 29 |
| Ægyptus | 51 | Babylon | 51 | Chiron | 54 |
| Æquales | 20 | Bactra | 51 | Chœnix | 21 |
| Ætna | 46 | Boeotia | 15 | Cirrha | 21 |
| Alioqui | 13 | Briareus | 36 | Clitus | 52 |
| Ambrosia | 39 | C | | Clymene | 42 |
| Amiculum | 51 | Callisthenes | 52 | Codrus | 30 |
| Antiopa | 40 | Caluaria | 13 | Coenaculum | 39 |
| Anubis | 51 | Candor perpet- | | Coenatio | 39 |
| Apollo | 33 | tuus | 47 | Compediarius | 9 |
| Argos | 40 | Car, Caria | 26 | Concio | 39 |
| Astu | 6 | Castor | 39 | Consultus | 6 |

INDEX:

| | | | | | | |
|----------|----------------------|--------|----------------------|----|--------------------|----|
| C | <i>Consobrini</i> | 20 | <i>Halicarnassus</i> | 26 | <i>Minerva</i> | 39 |
| | <i>Contra</i> | 36 | <i>Hecate</i> | 17 | <i>Mucus</i> | 39 |
| | <i>Corinthus</i> | 20 | <i>Hinnulus leo-</i> | | <i>Musa</i> | 39 |
| | <i>Corybantes</i> | 43 | <i>nem</i> | 6 | <i>N.</i> | 10 |
| | <i>Cupido</i> | 32, 54 | <i>Hircum oleum</i> | 46 | <i>Nascifus</i> | 39 |
| D | | | <i>Hispidus</i> | 46 | <i>Natu</i> | 39 |
| | <i>Danac</i> | 40 | <i>Homerus</i> | 23 | <i>Nantum</i> | 17 |
| | <i>Danaus</i> | 21 | <i>Hyacinthus</i> | 12 | <i>Nircus</i> | 23 |
| | <i>Deintegro</i> | 54 | | | <i>Nun</i> | 17 |
| | <i>Deligere</i> | 13 | I | | | |
| | <i>Demercor</i> | 30 | <i>Iacere oculū</i> | 46 | | |
| | <i>Demigrare</i> | 37, 54 | <i>Iapix</i> | 21 | <i>Obiter</i> | 40 |
| | <i>Designo</i> | 42 | <i>Id genus</i> | 34 | <i>Obseruare</i> | 40 |
| | <i>Diana</i> | 34 | <i>Id temporis</i> | 24 | <i>Offa</i> | 15 |
| | <i>Diſteria</i> | 18 | <i>Immodice</i> | 47 | <i>Olympias</i> | 50 |
| | <i>Dii maiores</i> | 51 | <i>In mēte venit</i> | | <i>Omne gen'</i> | 34 |
| | <i>Doris</i> | 46 | <i>earū rerum</i> | 26 | <i>Opprobriū</i> | 46 |
| E | | | <i>Inſeruité</i> | 6 | <i>Opprobriare</i> | 46 |
| | <i>Echo</i> | 47 | <i>In ſolidum</i> | 6 | <i>Oraculum</i> | 15 |
| | <i>Egens</i> | 54 | <i>Infalte</i> | 46 | <i>Orbis</i> | 54 |
| | <i>Elleborum</i> | 11 | <i>Ionia</i> | 26 | <i>Orbus</i> | 3 |
| | <i>Endymion</i> | 42 | <i>Iuppiter</i> | 32 | <i>Osiris</i> | 51 |
| | <i>Erro, erras</i> | 50 | | | P | |
| F | | | L | | <i>Palæſtra</i> | 39 |
| | <i>Fanum</i> | 14 | <i>Læda</i> | 13 | <i>Palpari</i> | 51 |
| | <i>Fastidium</i> | 54 | <i>Lebadia</i> | 14 | <i>Palus</i> | 51 |
| | <i>Formido</i> | 56 | <i>Lethē</i> | 51 | <i>Parafitūs</i> | 8 |
| | <i>Fucate</i> | 56 | <i>Liberi</i> | 56 | <i>Patrii</i> | 30 |
| G | | | <i>Ludere operā</i> | 36 | <i>Perdicea</i> | 51 |
| | <i>Galatea</i> | 47 | <i>Lupinus</i> | 21 | <i>Perditus</i> | 30 |
| | <i>Ganymedes</i> | 39 | <i>Lustrum</i> | 50 | <i>Phaon</i> | 29 |
| | <i>Genus</i> | 56 | <i>Lydia</i> | 11 | <i>Pharetra</i> | 33 |
| H | | | | | <i>Phryx</i> | 30 |
| | <i>Hammos</i> | 50 | M | | <i>Pocillator</i> | 9 |
| | <i>Hamus, Hamio-</i> | 12 | <i>Male habere</i> | 46 | <i>Pollux</i> | 39 |
| | | 6 | <i>Maia</i> | 38 | <i>Polyphemus</i> | 46 |
| | | | <i>Manes</i> | 11 | <i>Porrectim</i> | 9 |
| | | | <i>Manumittere</i> | 9 | | |
| | | | <i>Mars</i> | 36 | | |

INDEX.

| | | | | | |
|--------------------------|----------|--------------|----|------------------|----|
| Pectus | 22 | Rhea | 42 | Tartarus | 34 |
| Pector | 54 | Rimofii | 21 | Techna | 6 |
| Prestigiatum | 15 | Rogare | 6 | Temere | 34 |
| Prestigiosvir | 51 | S | | Thersites | 23 |
| Praefes | venenū 9 | Satietas | 54 | Tithonus, Ti- | |
| Prater | 6 | Scitus | 6 | thonii anni | 8 |
| Procax | 29 | Sententia | 6 | Traiectus | 17 |
| Promptu | 9 | Sentina | 17 | Trophoniū an- | |
| Pronus | 11 | Seruire | 6 | trum | 15 |
| Protensus, Proti- | | Sicilia | 46 | Trutina | 21 |
| nus | 38 | Sicula mensa | 29 | Tueri | 54 |
| Prurio | 47 | Sicyon | 21 | Tyro | 13 |
| Pusus, pusa | 43 | Sidon | 39 | V | |
| Pythius | 21 | Simulatque | 11 | Vector | 17 |
| Q | | Sinope | 26 | Veratrū 11. & 51 | |
| Quinam | 54 | Somnium | 13 | Vltronci | 56 |
| Quoties | 26 | Spectula | 46 | Vola | 11 |
| R | | Styx | 55 | Vtqui | 17 |
| Recens | 12 | Superciliū | 33 | | |
| Reciprocum | 54 | T | | | |
| Recurrere | 37.54 | Tantalus | 10 | | |

EXCVDEBAT R O B. STEPHANVS

PARISIIS, ANN. M. D. XXXVI.

III. CAL. IAN.